This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FONTES RERUM AUSTRIACARUM.

ÖSTERREICHISCHE GESCHICHTS-QUELLEN.

HERAUSGEGEBEN

VON DER

HISTORISCHEN KOMMISSION

DER

KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN.

ZWEITE ABTEILUNG.

DIPLOMATARIA ET ACTA.

LXII. BAND.

WIEN. 1909.

IN KOMMISSION BEI ALFRED HÖLDER

K. U. K. HOF- UND UNIVERSITÄTS-BUCHHÄNDLER
BUCHHÄNDLER DER KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

Digitized by Google

RSCH
953400

Digitized by Google

DER BRIEFWECHSEL

DES

ENEAS SILVIUS PICCOLOMINI.

HERAUSGEGEBEN

VON

RUDOLF WOLKAN.

I. ABTEILUNG

BRIEFE AUS DER LAIENZEIT (1431–1445).

II. BAND:

AMTLICHE BRIEFE.

VORGELEGT IN DER SITZUNG AM 23. OKTOBER 1907.

WIEN, 1909.

IN KOMMISSION BEI ALFRED HÖLDER

K. U. K. HOF- UND UNIVERSITÄTS-BUCHHÄNDLER
BUCHHÄNDLER DER KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

Digitized by Google

74097

INDIANA UNIVERSITY LIBRARY

Druck von Adolf Holzhausen,
k. u. k. Hof- und Universitäts-Buchdrucker in Wien.

Digitized by Google

I.

K. Friedrich an einen Ungenannten; Wr.-Neustadt, 8. April 1443. Einladung zum Tage in Hainburg.

Aus cod. Novifor. fol. 345, gedruckt i. Fontes rer. Austr., 42. Bd. S. 7; daraus hier.[1]

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, ac Austrie, Stirie, Karinthie etc. dux.

Magnifice, sincere dilecte. pridem ambasiatores venerabilium Dyonisii, archiepiscopi Strigoniensis,[a] Ladislai, episcopi Nitriensis,[b] et aliorum prelatorum, comitum, baronum, capitaneorum, militum, nobilium et civitatum incliti regni Hungarie ad nostram regiam celsitudinem transmissi nos magnopere exhortati sunt, ut eidem regno tam intestinis dissensionibus quam bellis externis nimis afflicto ac ruinam minanti subsidio et presidio adesse curaremus, ut nostro interventu celerius constitueretur pacatum, provideremusque, ne patruelis noster carissimus, rex Ladislaus, paterna ejusdem regni frustraretur successione, cum et tutelam predicti patruelis nostri gereremus et nobis ex debito Romane regie dignitatis incumberet, orphanos et pupillos in juribus et justitia eorum confovere ac universaliter ad omnium regnorum Christianitatis pacem concordiamque intendere. nos ipsius regni, quod singulare scutum Christiane religionis existit, ex cujusque ampliori dilaceratione toti fere Christianitati irrecuperabilia dampna atque pericula possent imminere, si eidem taliter anxiato in tempore non preberetur succursus calamitatibus, condolentes illius incommoda, dissidia, populi strages et alias contentionum miserias absque dolore cordis ingenti audire non potuerimus.

---

[1] *Der Brief zeigt so deutlich alle Eigentümlichkeiten des Stiles des Eneas, daß ich die Abfassung dieses Briefes unbedenklich ihm zuschreibe.*

[a] *Dionysius Szécsy, Erzbischof von Gran.* — [b] *Ladislaus Bebek de Csetnek, Bischof von Neutra.*

Digitized by Google

nunquam igitur nostra consilia inhumane deficient, nunquam oportuna remedia eclipsante caritatis fomite et omissa justitie linea delitescent. dignum quippe et necessarium esse conspicimus, ut ruinis hujusmodi regalis cura nostre provisionis occurrat et collapsa reparet, vastata restauret et servata justitie norma apta presidia pro ipsius regni restauratione producat, sedantes, quantum ex alto permittitur, contentionem in eo dudum proch dolor exortarum turbinum, et auferentes omnium illius provincie reparationis suffragiorum dolendam et lugendam tempestatem, ac prefatum patruelem nostrum et quemlibet alium in sua justitia constituentes. quod ut facilius atque celerius fieri possit, visum est nobis majore fieri accomodum [!], quod tu et alii prefati comites, barones, nobiles et ceteri notabiles predicti regni incole in aliquo certo loco statuto pro tempore nobiscum conveniatis, quemadmodum gravitas atque necessitas exposcit, tractaturi et consulturi, qualiter eidem regno et ejus inhabitatoribus oportunius valeat provideri. idcirco ea, qua possumus, instantia hortamur accuratiusque rogamus, quatenus in proximo instanti festo ascensionis domini[a] in loco, civitati Pozoniensi propinquo, constituatis, ad quem nostri etiam nuntii comode valeant pervenire. nam et alios similiter archiepiscopos, episcopos, prelatos, comites, barones, nobiles, civitates et incolas ipsius regni in eandem diem illuc vel alium locum dicte civitati vicinum duximus evocandos. ad quod tibi una cum familia, equis, rebus et bonis tuis singulis ad hujusmodi locum veniendi, ibi standi, morandi indeque recedendi et ad propria redeundi sine nostro et nostrorum impedimento nostrum securum et salvum tenore presentium prebemus conductum. nos vero in die predicta ascensionis domini in civitate nostra Haymburgensi constituemus, ad quam nonnullos electores sacri Romani imperii et alios principes ac quosdam de regno Bohemie nec non de Slesie nostrisque Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole ducatibus episcopos, prelatos, comites, barones et prestantes viros duximus invitandos. et si fortasse ex inevitabili impedimento, quod absit, Haymburgam personaliter accedere non possemus, extunc solempnes ambasiatores sufficienti mandato fulcitos transmittemus ad tractandum et consulendum de pace et comodis dicti regni Hungarie ac, quomodo predictus rex Ladislaus, patruelis noster, et quilibet

[a] *30. Mai.*

Digitized by Google

alius in jure sibi competenti posset conservari, utique regnum ipsum nitori pristino et optate concordie restitutum non solum ab infidelibus tueri sed et ipsis fidei hostibus et Christiani nominis inimicis terrori et formidini esse valeat. ad quod studium nostrum et curas prestabimus efficaces. preterea apud fratrem nostrum carissimum, regem Polonie, tempore medio preces nostras interponemus, ut predictum regnum in amenitate pacis quantocius constitui valeat, ut optamus. datum in Novacivitate, 8. die mensis aprilis anno domini 1443, regno vero nostri anno 3.

II.

K. Friedrich an König Wladislaw von Polen; Wiener-Neustadt, [Mitte April] 1443. Teilt ihm mit, daß er einen Tag nach Hainburg einberufen wolle und bittet ihn, er möge seine Vertreter vor diesem Tage zu ihm senden.

Aus clm. 12725, Bl. 161; nach Chigi J VI, 208, Bl. 57 (mit der Eneas Bemerkung* dimitte) *gedruckt Cugnoni Nr. XXII.*

Fridericus etc. serenissimo[1] principi Wladislao, eadem gratia regi Polonie, fratri et consanguineo nostro carissimo, dilectionem fraternam cum incremento salutis.

Serenissime etc.[2] ex superioribus partibus ad has nostras terras nobis pridem reversis nonnulli prelati, barones ac magnates et nobiles incliti regni Hungarie ad serenitatis nostre presentiam oratores suos mittentes, errores, scandala, litigia et dissipationes pene innumerabiles, quibus regnum ipsum hactenus diu subjacuit et in presentiarum, occasione differentie inter partes super eadem contendentes, dispendiose subjacet, non sine gravibus querimoniis et lamentationibus exposuerunt, nos tanquam Romanorum regem et advocatum ecclesie seriosius invocantes et requirentes, quatenus rebus ipsis,[3] in corde nostro revolventes, sic consiliis et auxiliis assistere oportunis vellemus, quod discidia, contentiones et mala hujusmodi sopirentur et regnum illud inclitum[4] ad pristinum redactum nitorem in pace ac tranquilitate, servato et manutento[5] uniuscujusque jure, constitueretur. quibus auditis et attente consideratis, quamquam, sicuti mani-

[1] *Chigi:* Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus etc. illustrissimo. — [2] *Chigi:* Illustrissime princeps, frater et consanguinee carissime. — [3] *Ch.* res ipsas. — [4] *Cugnoni falsch* inclinatum. — [5] *Cug. falsch* manutecto.

Digitized by Google

festum est, gravissime nobis occupationes incumbant, tam propter universalis ecclesie quam sacri Romani imperii negotia, que nostram magnopere curam exposcunt et diligentiam, cogitare tamen super hujusmodi etiam regno duximus oportere laboresque nostros ad ejus utilitatem convertere, cujus preclara opera, pro fidei defensione retroactis temporibus gesta, nulla unquam poterit etas delere aut oblivionis obscurare caligo, cum patria illa Hungaria murus quodammodo et scutum Christianitatis ac limes firmissimus adversus Christiani nominis inimicos semper extiterit, quo fit, ut tam ejus pax quam turbatio communiter ad omnes Christianitatis populos pertineat, cum[1] ex altera re infinita detrimenta, ex altera innumerabilia commoda Christiane rei publice manifeste redundent. nec nos latet, quod, si regnum illud in[2] hujusmodi calamitatibus diutius persistere et his affligi per amplius turbinibus permittatur, innumerabilia scandala et dampna irreparabilia, que deus avertat, reliquas Christianitatis partes affligent. que causa maxime nos movit, ut opem et operas nostras efficaciter decreverimus impertiri pro pacificatione et salute illius regni cum divino auxilio procuranda. ad quam rem intenti et affecti ex animo sumus tum propter honorem dei et consolationem populi Christiani, tum propter affinitatem et consanguineitatem, quam utrinque habemus et cum vestra dilectione et illustrissimo principe, rege Ladislao, patruele nostro carissimo, tum propter debitum Romane regie dignitatis, ex cujus officio ad universorum regnorum comoda tenemur intendere. verum, cum res ista maxima sit et universos illius amplissimi regni proceres incolasque concernat, volentes quoad possumus illam mature ac ex communi universorum pertractare consensu, prelatis, baronibus, magnatibus, communitatibus et incolis regni ejusdem per hos dies scripsimus, conventionem quandam sive dietam eisdem constituentes, ut in festo ascensionis domini proxime futuro ad locum aliquem juxta Po*zonium* veniant. nos enim per id temporis cum principibus, baronibus et nobilibus tam ex imperio quam ex Bohemie regno et aliis dominiis nostris in civitate nostra Hay*mburg* constitui proposuimus ad inchoandum, divina gratia mediante et juxta possibilitatem nostram, hujusmodi pacis atque concordie contractatum, qua propter cum pridem vestra fraternalis dilectio

[1] *Chigi* tum. — [2] *Fehlt bei Cugnoni.*

Digitized by Google

nobis significaverit, insignes oratores suos velle ad nostram presentiam super eisdem causis quam celeriter destinare, necessarium nobis videtur, antequam predicte conventionis dies adveniat, quod eadem vestra *fraternitas* oratores suos prefatos, viros prestantes et communis boni zelatores, medio tempore quam citissime ad nos transmittere curet, quibus auditis cum eis de viis et modis ad pacificationem predicti regni aptis et accomodis conferre et precogitare possimus, ne, postquam dieta inceperit, nullis adhibitis preparationibus negotium ipsum in prorogationes suspensionesque deferatur. ideoque velit *vestra fraternitas* oratores ipsos, ut dictum est, premittere, quoniam, si ante prefixam dietam[1] cum eisdem communicare et conferre super agendis potuerimus, sperandum est, quod adveniente conventionis tempore pax et tranquillitas predicti[2] regni tractari commodius et concludi felicius poterit. datum in Novacivitate 1443.[3]

III.

Kaspar Schlick an Gianfrancesco Gonzaga II., Markgrafen von Mantua; Wiener-Neustadt, 2. Mai 1443. Bedauert, daß er ihn auf seiner Rückreise von Florenz nicht aufsuchen konnte; bittet ihn um sein weiteres Wohlwollen.

Aus chm. 12725, Bl. 113; Lobkowitz 462, Bl. 12 und Chigi J VI, 208, Bl. 139 (mit des Eneas Bemerkung dimitte*); aus letzterem gedruckt bei Cugnoni Nr. III.*

Illustri principi Johanni Francisco, marchioni Mantue, domino et affini colendo Gaspar Sligk, imperialis cancellarius *salutem plurimam dicit.*[a]

Illustris princeps, domine et affinis colende.[4] curavit semper *illustris* dominatio vestra humanitatem suam, que maxima est, nunc una, nunc alia via mihi ostendere. nuper[5] quoque suavissimas litteras ad me misit, affectionem erga me suam significans. nam et libenter, ut scribitis, in reditu meo ex Florentia me vidissetis, et de statu, quem apud hunc serenis-

---

[1] *Chigi* diem. — [2] *Ch.* dicti. — [3] *Cugnoni datiert das Schreiben* mense Decembr., *eine Annahme, deren Richtigkeit schon das Datum des Preßburger Tages* ascensio domini = *30. Mai ausschließt. Freilich ist auch das von mir angesetzte Datum nur ein annäherndes.* — [4] *Die Anrede fehlt in Chigi.* — [5] *Cugnoni falsch* insuper.

[a] *Über Gianfrancesco vgl. Eneas, De viris illustribus Nr. 13.*

Digitized by Google

simum dominum meum regem sim consecutus, non mediocre gaudium suscepisse narratis. certissima hec apud me sunt, qui vestre benignitatis vestrique amoris sum memor, fuissetque mihi jocundissimum, Mantuam in reditu petere, et vestram *illustrem* dominationem visere, si negotia pertulissent. erant enim multa, que avide cum vestra *dominatione illustri* communicassem. tum vero aspectus vester mihi summe voluptati fuisset. sed traxit me necessitas, ut aliam viam facerem. statum autem meum vobis placere non ambigo. scio enim, sic velle amorem in me vestrum, et naturale est, ut domini de servitorum bona fortuna gaudeant. nec enim prosperari servitores absque dominorum commodo possunt. ego vero, etsi multis ex causis letor, hunc dominum meum regem mihi affectum esse meque cancellarie officio preposuisse, tum maxime causa vestri gaudeo, sperans aliquando posse ostendere, me verum esse *vestre illustris dominationis* servitorem et in aliquo sibi posse proficere. nec opus est, ut mihi referatis gratias, quod in expeditione domini[1] Francisci oratoris vestri partes interposuerim meas. nam debitum meum est semper, pro vestro comodo honoreque laborare. sed non potui tunc quod volebam facere, res enim ante meum reditum cepta erat et eo usque perducta, ut mutari non posset. sed spero adhuc venturum tempus, quo me ostendam, quantum sim vestre *illustri* dominationi deditus et quam cupiam illi servire, sciens tamen, quia nunquam tantum faciam, quin plus tenear facere. de secretario vestro, qui me minus favorabilem erga rem vestram dixit, possem nominare testes, qui eum audierunt. sed non exigo ista nec curo, quid servi loquantur, dum me dominus amet. scio, *illustrem dominationem* vestram longe me pluris facere et magis amare quam merear. verba non curo aliorum, sufficit mihi conscientia mea, quanquam et secretarii illius sustineri verba possunt, qui me non satis favorabilem dixit rebus vestris. verum nanque id est, tot enim merita vestra sunt, ut nunquam satis possim me favorabilem ostendere. sed missa hec facio. rogo vestram *illustrem dominationem*, ut nova Italie, que maxima esse dicuntur, serenissimo domino meo regi significare et nunc et in dies velitis, quia et sue majestati plurimum complacebitis, et eam vobis continuo magis affectam reddetis. valeat eadem *vestra illustris*

[1] *Von E gestrichen.*

Digitized by Google

dominatio, cui me humillime recommendo, ad ejus mandata semper paratum. ex Novacivitate, die 2.[1] maii 1443.

Per Eneam Silvium.[2]

IV.

Kaspar Schlick an den Kardinal Giuliano Cesarini; Wiener-Neustadt, 6. Mai 1443. Bittet ihn, da alles geordnet sei, zum Preßburger Tage zu kommen, schreibt über die Abreise des Papstes Eugen von Florenz nach Siena [7. März] und befürchtet, die geplante Flotte werde nicht zustande kommen.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 103, mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. IV).*

Reverendissimo in Christo patri et domino colendissimo, domino Juliano, cardinali sancti angeli, Gaspar Sligk, cancellarius, *salutem plurimam dicit.*

Recepi litteras vestre[3] *paternitatis reverendissime*, ex Buda ad me nuper delatas, quas mox regie majestati ostendi ac legi, instantiam debitam circa singula faciens. quibus auditis mandavit statim serenissimus dominus noster rex, debitam fieri in omnibus expeditionem, prout ex familiari vestro,[4] nunc ad vos[5] redeunte, plenius intelligetis.[6] nichil autem nunc restat, nisi ut veniatis[7] ad laborandum, ut dieta, que instat, pro pace Hungarie indicta, bonum finem sortiatur, cum ad hoc maxime vestra[8] *reverendissima paternitas* fuerit destinata. quod scribitis[9] de passagio contra Teucros faciendo, summe ab omnibus commendari debet, quia res est non solum Ungharie sed toti Christianitati salubris et digna, in qua *vestra*[8] *reverendissima paternitas* laboraverit. non tamen propterea negligenda est nostrorum concordia, cum parum prosint adversus extraneos arma, nisi interius pax habeatur. quod vero de classe maritima tangitis,[10] per sanctissimum dominum Eugenium facienda, timeo, ne in fumum transeat, quia immutate sunt res apud Italos. ipse enim dominus Eugenius Senis est recessitque ex Florentia

---

[1] *Lobkowitz hat* 5. maii; *clm. kein Datum.* — [2] *Fehlt clm. und Ch.* — [3] *Ich habe, entsprechend den Originalen, die Singularformen des Kodex überall durch die ursprünglichen Pluralformen ersetzt: Ch.* tue. — [4] *Ch.* tuo. — [5] *Ch.* te. — [6] *Ch.* intelliges. — [7] *Ch.* venias. — [8] *Ch.* tua. — [9] *Ch.* scribis. — [10] *Ch.* tangis.

Digitized by Google

cum magna Florentinorum et Venetorum indignatione,[a] in tantum, ut prohibuerint Veneti suos prelatos curiam sequi. ob quam causam non arbitror, Venetos navigia concessuros. ubi autem alibi parari classis queat per dominum Eugenium judicio meo, qui aliqualiter Italiam nosco, non video. nosco etiam Ungharos, conpatriotos meos, atque Polonos. in multis enim expeditionibus temporibus Sigismundi et Alberti, divorum[1] cesarum, cum eis presens interfui. utcunque est, velit deus, ut passagium predictum ad honorem et utilitatem Christiane rei publice valeat expediri et pax optima in regno Ungharie reformari, que res fieri tunc precipue poterunt, cum justitie fuerit locus, alias impossibiles arbitrantur. valeat feliciter[2] vestra[3] *reverendissima paternitas*, cui me humillime recommendo, ad ejus mandata sedulo paratum. ex Novacivitate, 6. maii 1443.

V.

Wenzel von Bochow an die Kanoniker von Breslau; Wien [ca. 6. Mai 1443.[b]] Bittet, den Johann Ploso in seinem Rechte zu schützen.

Aus clm. 12725, Bl. 42[v] und Chigi J VI, 208, Bl. 5; N. 179.

Venceslaus Bohemus[c] *salutem plurimam dicit*[4] canonicis Vratislaviensis ecclesie.

Venerabiles viri, patres mei honorandi post recommendationem.[4] nichil dubii apud vos esse arbitror, quin honorabilis vir[5] Johannes Ploso, vir bonus et frugi,[6] plenum jus et certum habeat in altari, quod sibi resignavi. sunt tamen quidam adeo sitibundi beneficiorum, adeo ambitiosi atque nefarii, ut nichil pacificum velint dimittere, sed nunc hos nunc illos molestent, quorum conatibus tanto diligentius est resistendum, quanto injurias fieri ab eis

---

[1] *Cugnoni falsch* dominorum. — [2] *Von Cugn. ausgelassen.* — [3] *Ch.* tua. — [4] *Anrede fehlt Ch.* — [5] *Fehlt Ch.* — [6] Ploso — frugi *fehlt clm.*

[a] *Zu Eugens Abreise von Florenz vgl. besonders Perrens: Histoire de Florence depuis la domination des Médicis I, 99 f.* — [b] *Das Datum des Briefes ergibt sich aus dem Briefe Schlicks an Cesarini vom 6. Mai (Nr. IV), der die gleichen Tatsachen berichtet. Die stellenweise wörtliche Übereinstimmung beider Schreiben erweist denselben Verfasser: Eneas Silvius.* — [c] *Über Wenzel von Bochow vgl. Chmel, Material. I, 149; Regest. 1870, u. 1945; Tadra in Sitzungsber. d. böhm. Gesellsch. d. Wissensch. 1890, Phil.-hist. Kl. S. 245, Anm.; Truhlář: Počátky humanismu, S. 22; Heyne: Gesch. d. Bistums Breslau II, 484; III, 632.*

Digitized by Google

noscimus iniquiores. idem agere vos censeo[1] circa ecclesie vestre beneficiatos, quos adversus molestatores consuevistis semper tueri. si tamen aliquid preces mee apud vos valent, oro, precor, obsecro, ut prefati[2] Johannis juribus faveatis eumque defendatis, ne opprimi injuste queat, qua in re et ipsum et me consolabimini et in immensum obligabitis. nam etsi teneor vobis pro vestris in me quam plurimis beneficiis, placitum tamen est, ut etiam Johannis causa vobis obnoxius maneam, quem veluti patrem optimum diligo amoque et cujus intuitu quecunque possem facerem. nec plura circa hoc. nova, que hic sunt, libenter vobis communico. hic est unus legatus sacri Basiliensis concilii, dominus[2] Alexander dux Mazovie, in cardinalem per Felicem creatus. infra non multos dies venturus est alius ex parte Eugenii, cardinalis sancti angeli. debet enim in festo ascensionis dominice de pace regni Hungarie transigi. Eugenius Senis est recessitque ex Florentia cum magna Venetorum et Florentinorum indignatione in tantum, ut prelatos suos ab ejus curia revocaverint. Bohemi hic sunt, ut scitis; quid egerint ab eis postmodum redeuntibus pernoscetis. rex noster ad unionem ecclesie reintegrandam paratus est totis conatibus laborare, cujus propositum deus ipse secundet. valete optime, me ut servitorem semper commendatum suscipientes. ex Vienna.[3]

VI.

Kaspar Schlick an den Banus von Slavonien, Matthaeus Thallóczy und den Palatin von Ungarn, Laurens de Hederváry; [Wien, 6. Mai 1443]. Berichtet über die politischen Verhältnisse in Österreich, Ungarn und Italien mit Rücksicht auf die Türkengefahr und ersucht sie, den Preßburger Tag zu besuchen.

Aus clm. 12726, Bl. 114 und Chigi JVI, 208, Bl. 104, mit der Bemerkung des Eneas: dimitto; *infolgedessen nicht in der Kölner Ausgabe; N. 189.*

Gaspar Sligk, imperialis cancellarius, *salutem plurimam dicit* Matikoni, bano Slavonie et Laurentio, palatino Hungarie, magnificis fratribus et amicis carissimis.[4]

Magnifici domini, fratres carissimi.[5] gavisus sum non modice vestris ex litteris, mihi novissime redditis, internam illam et ve-

[1] *Ch.* sentio. — [2] *Fehlt Ch.* — [3] *clm. hat nur* Datum. — [4] *Nur in Ch.* — [5] *Anrede fehlt Ch.*

Digitized by Google

tustam cognovisse benivolentiam, qua me prosequi solebatis, nondum esse extinctam, sed potius tempore auctam. nam id quoque ex parte mea contingit, qui vobis in dies magis ac magis afficior et ardentissimi amoris erga vos rependo vicissitudinem, singulares virtutes vestras tantum amans, quantum demiror. hinc, certissimus sum, statum et locum, quem apud serenissimum dominum nostrum Romanorum regem teneo, vobis placere ac fore gratissimum, cum optimorum sit fratrum et amicorum, fraternos optare et libenter videre successus nec dubitare debent magnificentie vestre, me, in quocunque fuerim statu, ad incliti regni Hungarie pacem et comodum invigilare et omne meum studium ad ejus utilitatem convertere. nanque cum diu illo in regno fuerim multaque beneficia illic susceperim, ingrati viri officium foret, non esse ad ipsius comoda studiosum et precipue, cum regnum illud Christianitatis clipeus et murus adversus fidei hostes existat, ex quo, sicut, cum bene habet, omnia Christianorum regna fructum percipiunt, sic, cum opprimitur, detrimentum ejus commune esse videtur. hoc et majestas domini[1] nostri regis aperte cognoscit atque idcirco ad id operam dat, ut dissensiones et intestina bella illo ex regno tollantur, quod maxime fieri posse confidit, si ad dietam illam per suam serenitatem in confinibus Hungarie et Austrie institutam[a] utriusque partis barones et prelati convenerint, prout et vocati sunt per regias litteras, que jam erant expedite ac transmisse, antequam ego ad regiam curiam de domo mea redirem. itaque deliberationibus illis nequaquam interfui, sed cum rem universam intellexi, justissimam illam sanctissimamque judicavi. quid enim utilius, quid rectius, quidve honestius fieri potest, quam pacem inter Christicolas procurari? non latet vos, quot rapine, tumultus, incendia, vastitatesque in Hungaria fiant, propter hanc, que, proh dolor, orta est de regno, discordiam. palam est, quomodo opidum contra opidum et nobiles contra nobiles insurrexerint, quoque modo inimicitiarum gladii crassentur ubique, quibus malis obviaturus rex noster dietam predictam[2] indixit, ut qui se scit ex debito Romane regie dignitatis orphanos ac pupillos debere protegere et universorum regnorum paci ac tranquillitati consulere, sperans per conven-

---

[1] *Von E gestrichen.* — [2] *E streicht* predictam *und korrigiert* conventum.

[a] *Gemeint ist der Tag von Preßburg — Hainburg.*

Digitized by Google

tionem dicte diete[1] ea omnia fieri posse, ad quam[2] bono animo magnificentias vestras audeo exhortari, ut personaliter venire velitis vobiscunque ut potestis quam plurimos prelatos nobilesque conducere,[3] ut tanto illic melius firmiusque Hungarie unio perfici possit, et unusquisque in justitia sua manuteneri, quo plures notabilioresque[4] consenserint, vos presertim, qui una mecum ab avo et patre domini nostri regis Ladislai et honores et beneficia immensa suscepistis. hec enim dieta[5] est, per quam potest regnum illud pacari et ad pristinam taliter reduci fortunam, ut non solum resistere Teucris,[6] sed eos ultro lacessere queat. nec ego vobiscum sentio, qui propter dietam[7] hujusmodi turbari passagium adversus Teucros[8] inchoatum dicitis. nam longe aliter est, cum, nisi dieta[5] hec fuisset indicta, jam maximus ignis in Hungaria fuisset accensus[9] jamque non latrocinia singularesque cedes sed gravissima prelia cum sevissimis stragibus exarsissent. sunt enim plurimi Germanie barones et principes, qui videntes serenissimum dominum[10] regem Ladislaum propterea, quia puellus est, pupillus et orphanus, in suo jure opprimi, miseratione commoti et tam amore justitie quam sanguinis propinquitate excitati, cum validissimis auxiliis Hungariam petere disposuerant. similiter quoque et Bohemi, qui jam in maximo numero barones et nobiles ad majestatem regiam in ambassiata[11] miserunt, que nunc Vienne est, parati erant in favorem pupilli arma suscipere,[12] quos omnes dieta prefata[13] retinuit et usque in ejus exitum retinebit. quia cum rex Romanorum, ut dicitis et veritas est, totius Christianitatis sit caput et ad eum potissime pertineat, Christianorum injurias propulsare, videns sua majestas, Teucrorum[14] insolentias non posse compesci, nisi Christiani prius uniti extiterint, ad pacem, ut predictum est, in Hungaria reintegrandam predictam conventionem indixit, rem judicio omnium, qui absque partialitate existunt, passagio, de quo facitis mentionem, non utilem tantum, sed penitus necessariam, cum nulla potentia resistere hostibus possit, nisi munita fuerit

---

[1] dicte diete *gestrichen.* — [2] *E. korrigiert* que. — [3] *E. korr.* trahere. — [4] *E. korr.* dignioresque. — [5] *E. korr.* conventio. — [6] *E. korr.* Turchis. — [7] *E. korr.* conventum. — [8] *E. korr.* Turchos. — [9] *E. korr.* arderet. — [10] *Gestrichen.* — [11] *E. korr.* legatione. — [12] *Ch. fehlt* parati—suscipere; *dafür* ab illo proposito non dissentunit. — [13] *E. korr.* conventionis novum. — [14] *E. korr.* Turchorum.

740997

Digitized by Google

unitate. pulcre sic quidem apud Crispum[a] legimus, concordia parve res crescunt, discordia maxime dilabuntur. verum, quia de maritima classe per sanctissimum dominum[1] Eugenium paranda facitis mentionem, ego ita illius mentem fuisse dispositam concedere possum, sed doleo, quoniam modum executionis non video. classis enim, si fieri debet, Venetiis paranda est, sed jam inimicitie inter dominum[2] Eugenium et Venetos orte sunt propter recessum ex Florentia factum, in tantum, ut prohibiti sint prelati Venetorum, curiam sequi, que res maritimam expeditionem procul dubio perturbatura est. exercitum autem fieri, ut scribitis, maximum in Hungaria contra Teucros[3] apprime laudo cupioque, ut felicem sortiatur eventum, quod, ut fieri possit, iterum atque iterum vos oro et obsecro, ut de pace Hungarie prius cogitantes dietam[4] accedatis predictam, intestinas discordias una cum aliis, qui aderunt, sublaturi, ad quam rem et ad passagium postea peragendum majestatem regiam animatam et me pusillum paratissimum semper habebitis. datum in Novacivitate ut supra.[5]

VII.

K. Friedrich an den Kardinal Giuliano Cesarini; Wiener-Neustadt, [ca. 6. Mai] 1443. Freut sich, daß er zum Tag nach Preßburg kommen wolle und verbürgt ihm die Sicherheit seiner Person.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 102 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni, Nr. XXIII).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, reverendissimo in Christo patri et amico carissimo Juliano, cardinali sancti angeli, gratiam regiam et omne bonum.

Cognovimus ex litteris vestris[6] ad nos nuper delatis, *paternitatem* vestram[7] simul cum oratoribus serenissimi principis Wladislai regis Polonie, fratris nostri carissimi, dispositam esse, ad nostram presentiam, sicut optavimus et eidem scripsimus, proficisci, ut ante conventionem per nos in finibus Hungarie atque Austrie indictam de modis et viis, quibus regnum illud

---

[1] *Gestrichen.* — [2] *Gestrichen.* — [3] *E. korr.* Turchos. — [4] *E. korr.* conventum. — [5] *clm. hat nur* Datum. — [6] *Ich habe entsprechend den Originalen überall statt der Singularform des Kodex die ursprüngliche Pluralform wieder eingesetzt, Ch.* tuis. — [7] *Ch.* tuam.

[a] *Bellum Jugurth. 10, 6.*

Digitized by Google

Hungarie pacificari possit, invicem colloqueremur et rem limatam ad conventionem deduceremus. postmodum vero secundas inspeximus, per quas, etsi idem propositum vestrum[1] veniendi sit, timere tamen vos ostenditis[2] propter nonnulla verba *paternitati* vestre[3] relata ex Jaurino. quibus perceptis, scripsimus e vestigio capitaneis illis nostris, qui nunc Vienne sunt, et illi presertim, qui minas protulit, oportuneque circa vestri[4] adventus securitatem providimus. itaque bene venire potest vestra[5] paternitas, quantum ad partem attinet patruelis nostri carissimi, regis Ladislai serenissimi. quantum vero ad verba pertinet vobis[6] relata, non magnam vim facimus nec aures adhibemus hujusmodi detractoribus, integerrimum vestre[4] *paternitatis* animum et fuisse semper et esse censentes. quoad reliqua, que scribitis[7] de passagio contra Teucros et tuitione fidei Christiane paceque regni prefati, minime nunc necessarium est verba facere, sed post vestrum[1] adventum de singulis transigemus et ante dietam et in ipsa dieta per nos indicta, quam maxime ad pacem et tranquilitatem regni ejusdem conducere non ambigimus. datum in Novacivitate 1443.[a]

VIII.

K. Friedrich an den Erzbischof von Gran, Dionys von Szécsy; [Wien, ca. 10. Mai 1443]. Fordert ihn auf, mit möglichst großer Begleitung zu dem Tage nach Preßburg zu kommen; wendet sich gegen das ausgestreute Gerücht, als sei Ladislaus gestorben.

Aus dem Originalkonzept des Eneas Silvius mit Korrekturen des Kanzlers Schlick im k. u. k. Haus-, Hof- und Staatsarchive in Wien (gedruckt bei Chmel, Materialien I, 119[4]), gleichlautend mit clm. 12725, Bl. 161, verglichen mit Chigi J VI, 208, Bl. 128, mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXIV).*

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus Dionisio, archiepiscopo Strigoniensi, devoto dilecto, gratiam regiam et omne bonum.[8]

[1] *Ch.* tuum. — [2] *Ch.* te ostendis. — [3] *Ch.* tue. — [4] *Ch.* tui. — [5] *Ch.* tua. — [6] *Ch.* tibi. — [7] *Ch.* scribis. — [8] *Das Konzept hat nur*

[a] *Cugnoni datiert den Brief ganz willkürlich* mense Decembr. *Da es sich um den Preßburger Tag handelt, muß der Brief vor den 30. Mai fallen. K. Friedrich war nach den Regesten noch in den ersten Tagen des Mai in Wr.-Neustadt; in diese Zeit also muß der Brief fallen; gleichzeitig mit ihm ging wohl der Brief des Kanzlers Schlick ab, der vom 6. Mai datiert ist.*

Digitized by Google

Reverende pater, sincere nobis dilecte.[1] retulit nobis magnificus miles, cancellarius noster Gaspar Slik, paternitatem vestram[2] sibi[3] significasse, fratrem nostrum regem Polonie Budam redisse, ac propterea vos[4] non posse cum omnibus fratribus vestris[5] et cum tanta multitudine, ut antea credebatis,[6] ad dietam alias indictam ascendere. esse tamen vobis[7] cordi cum his, qui haberi possint, omnino venire, ut primum nostra vobis[8] fuerit significata voluntas.[8] quapropter, cum res ille, de quibus in predicta dieta agi debeat,[9] ardue sint et maximi ponderis nullatenusque illas negligi expediat, paternitatem *vestram*[10] hortamur attente, ut[11] omni re alia postposita quam celerius[12] potestis,[13] Pozonium veniatis,[14] ducentes vobiscum[15] quanto plures potestis[16] proceres, barones et nobiles, curantesque, ut[17] inter alios etiam capitaneus Giskra[18] personaliter vel saltem per nuntios[19] suos diete intersit, quia multum necessaria esset ejus presentia.[20] similiter quoque operam detis,[21] ut civitates et communitates ille inferiores suos destinent oratores, ne opus inceptum pro communi bono totius regni Ungharie per negligentiam omittatur. sed quanto[22] majora prestantur per aliquos impedimenta, tanto ad id per eos, qui publicam utilitatem affectant, diligentius intendatur, quia, quo difficilius queque res agitur, eo preclarius perficitur. intelleximus preterea, nonnullos mendaciorum satores per inclitum regnum Ungharie

---

Fridericus etc.; *die obige Adresse aus Ch.; clm. hat im Text wie gewöhnlich keine Adresse; doch heißt es im Index:* Exhortatio Friderici Romanorum regis ad archiepiscopum Strigoniensem, venturum ad dietam Posoniensem pro bono regni Hungarie. *Dadurch ist der Adressat sichergestellt. Wenn Chmel den Brief an den kgl. Sekretär Johann Volprecht von Wimpfen gerichtet sein läßt, so erklärt sich der Irrtum daraus, daß auf der Rückseite des Konzepts von des Kanzlers Hand die Worte stehen:* Johanni Volprecht de Wimphen secretario et familiari nostro fideli dilecto. *Aber schon die Anrede an den Adressaten mit* paternitas vestra *konnte beweisen, daß der Brief unmöglich an den damals ganz unbedeutenden Mann, der vielleicht nur der Überbringer des Schreibens sein sollte, gerichtet sein konnte.* — [1] *Die Anrede fehlt Ch.* — [2] *Ch.* tuam. — [3] *Fehlt clm.* — [4] *Ch.* te. — [5] *Ch.* tuis. — [6] *Ch.* credebas. — [7] *Ch.* tibi. — [8] *Ch.* tibi voluntas significata fuerit. — [9] *Konzept* debebat. — [10] *Ch.* tuam. — [11] *Fehlt Ch.* — [12] *Konzept ursprünglich* citius. — [13] *Ch.* potes. — [14] *Ch.* venias. — [15] *Ch.* ducens tecum. — [16] *Ch.* potes. — [17] *Ch.* curaverisque inter. — [18] etiam — Giskra *vom Kanzler am Rande eingefügt, das Konzept hat nur* etc. — [19] *Konzept ursprünglich* oratores. — [20] *Ch.* presentia sua. — [21] *So auch in Ch. stehen geblieben.* — [22] *clm.* quanta.

Digitized by Google

famam quandam vulgasse, quod serenissimus princeps Ladislaus, rex Ungharie, patruelis noster carissimus, mortem obierit.[a] quod cur fecerint, ipsi viderint. ex bono autem fonte prodire rumor ille non potuit, quia nil boni potest super mendacio fundari. qui vero bene cupiunt operari, justitie funguntur officiis et a veritate nullatenus recedunt. nec hi[1] prosperari possunt diutius, qui falsitatis clipeo muniuntur. sed dicant illi, quecumque velint, murmurent et confingant, nos gratias deo agimus, quod patruelis noster prefatus, rex serenissimus, non solum vivit et optima fruitur sospitate,[2] sed pulchrior in dies formosiorque assurgit et indolem optimam pre se ferens, spem maximam omnibus de se prebet, qui eum vident. quas res ideo[3] voluimus vestre[4] *paternitati* patefecisse, ut his vanis[5] rumoribus, qui fieri dicuntur, ubi opus esse videritis, opportune possitis[6] occurrere, mendaciorum jacula solido veritatis scuto repellentes.[7] velitis[8] etiam ista nova civitatibus et aliis fidelibus patruelis nostri significare, ut et[9] in his rebus consolentur.[10] datum Vienne.[11]

IX.

Kaspar Schlick an den Herzog von Mailand, Filippo Maria Visconti; Wien, [Mitte Mai 1443]. Dankt ihm für den guten Willen, den er bewiesen, um ihm zu seinem Gelde zu verhelfen, und hofft, sich ihm in seiner Stellung am königl. Hofe dankbar erweisen zu können.

Aus clm. 12725, Bl. 116 und Chigi J VI, 208, Bl. 127 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XX).*

Illustrissimo principi domino Philippo Marie Anglo, duci Mediolani, domino suo Gaspar Sligk, cancellarius imperialis, *salutem plurimam dicit.*[12]

---

[1] *Fehlt Ch.* — [2] *Ch.* prosperitate. — [3] *Ch.* ita. — [4] *Ch.* tue. — [5] *Ch.* variis. — [6] *Ch.* possis. — [7] *Ch.* repellens. — [8] *Ch.* velis. — [9] *Fehlt Ch.* — [10] *Der Satz* velitis—consolentur *ist Einschub des Kanzlers.* — [11] Vienne *nur in Ch., aber wohl dem Original entnommen. Der Ausstellungsort erleichtert die Datierung. Um den 10. Mai kam K. Friedrich aus Wr.-Neustadt nach Wien; gleich nach seiner Ankunft mag er den Brief geschrieben haben; später hinderten ihn wohl die Verhandlungen mit den Böhmen. Die Datierung Cugnonis* mense Decembr. *ist vollkommen willkürlich und unhaltbar.* — [12] *Die Adresse fehlt clm.*

[a] *Kennzeichnend ist, daß der Erzbischof selbst das Gerücht ausgebreitet hatte (Fessler: Gesch. v. Ungarn II², 475).*

Digitized by Google

Illustrissime princeps et excellens domine, domine mihi gratiose.[1] cum nuper Mediolanum ivissem, certum modum vestra excellentia reperit, per quem mihi pro summa debita satisfieret, illumque consiliariis expediendum commisit, ostendens mihi, servitori suo, non solum debitum velle facere, sed etiam gratiam ampliorem impendere. pro qua optima voluntate sentio me eidem excellentie vestre in perpetuum semper obligatum, ut ejus honorem et comodum omni conatu et viribus meis promoveam. quod mihi idcirco facilius erit, quod apud hunc serenissimum principem, dominum regem Romanorum, existo, qui eidem excellentie vestre non solum ut principi sacri imperii sed etiam ut consanguineo suo mirum in modum afficitur. verum, *illustrissime* princeps, cum vestram optimam dispositionem perceperim, mitto nunc procuratorium ad amicos meos et alia oportuna ad rem peragendam, supplicans quoad possum humiliter, quod vestra optima voluntas mihi satisfaciendi ad executionem ponatur, ut finis jam tandem hujus negotii fiat. in qua re non debitum tantum sed maximam gratiam me recepisse a vestra *illustrissi*ma dominatione reputabo, cui me semper ut servitorem efficio commendatum, ad ejus mandatum continuo promptum. ex Vienna.[2]

X.

Wenzel von Bochow an den Breslauer Kanonikus Johann Ploso; Wien, 15. Mai 1443. Entschuldigt sich, daß er wegen Mangels an Zeit nicht schreibe. Erwähnt die Verhandlungen mit den Böhmen und Ungarn.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 122; N. 194.

Venceslaus Bohemus Johanni, canonico Vratislaviensi, amico percaro, *salutem plurimam dicit.*

---

[1] *Die Anrede fehlt Chigi.* — [2] *Cugnoni setzt den Brief in den Oktober 1443, gewiß mit Unrecht. Schlick war nur Ende 1442, nicht 1443 in Italien; nach dem Ausdruck* nuper *kann der Brief nicht allzulange nach dieser Reise fallen. Nach seiner Rückkehr wurde ihm die Leitung der deutschen Kanzlei übertragen; auf die Bedeutung seiner Stellung weist er hier hin, was nur zu verstehen ist, wenn der Brief nicht allzulange nach seiner Ernennung geschrieben wurde. In Wien war der Kanzler mit dem Könige nach den Regesten erst seit Mitte Mai. Betreffs der späteren Verhandlungen mit Mailand vgl. Nr. XXIII.*

Digitized by Google

Debes veniam dare occupationibus meis, si ad te ut cupis et ego optarem non sepe scribo. vix enim spatium somni cibique sumendi habeo. ita me supremus cancellarius fatigatum reddit. inter omnes tamen labores sum memor semper tui nec unquam ex corde recedis meo et si possem in aliquo tibi prodesse ambabus manibus facerem. novitates autem et ista levia scribere nec otium habeo nec curo, nichil enim afferunt utilitatis. si quid esset, quod te vellem mei causa facere, statim rebus omissis aliis tibi significarem. idem et facere te vellem erga me. sed sumere calamum gratis, cum tota die invitus sit in manibus, non video cur me debeas adhortari. ne tamen hac vice retrogradus tibi sim hec de novo ad te deducam. Bohemos scilicet cum majestate regia diversos habuisse tractatus tandemque convenisse, ut in festo sancti Michaelis alia hic teneatur dieta[1] cum eis et res omnes perficiantur, quia ut spes est omnia bene terminabuntur. oratores regis Polonie hic sunt et cum eis cardinalis sancti angeli. jamque tractari de rebus Hungarie hic debet. vale. ex Vienna, die 15. maji 1443.

XI.

Johann Steinhof von Plettenberg an den Dekan und das Kapitel von Münster; Wien, 20. Mai 1443. Der König habe ihm an der dortigen Kirche ein Benefiz verliehen, um dessen Provision er bittet.

Aus cod. Chigi JVI, 208, Bl. 108 mit des Eneas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. V).*

Venerabilibus patribus, decano et capitulo ecclesie Monasteriensis Johannes Steynnhoff de Plettenberg[a] *salutem plurimam dicit.*

Concessit mihi majestas regia, cui servio, primarias preces super aliquo beneficio mihi conferendo, ad vestram collationem spectante, prout ex litteris regiis, quas vobis mitto, videbitis. ego autem illas libenter ad vestram collationem recepi, sperans

[1] *E II* conventio.

[a] *In einem Briefe an Giovanni Campisio vom 1. Juni 1445 (Nr. 173) nennt Eneas den Steinhof* hominem spissum et rubicundum, ignarum sermonis Italici.

Digitized by Google

de favore et humanitate vestris, quodque mihi libenter eritis favorabiles et maxime cum in hoc majestati etiam regie sitis complacituri. quapropter vos humiliter rogo ac deprecor, ut juxta regias litteras mihi providere velitis, quoniam creaturam vestram et fidelem servitorem vestrum promovetis, qui in omnibus vobis erit obsequiosus ac morigerus, sicut semper fuissem, si mihi aliquid mandavissetis. deinceps vero supplico, ut me utamini in cunctis, que possum prestare, mandantes mihi tanquam vestro famulo ad omnia paratissimo. nec alia in presentiarum, nisi quod me iterum atque iterum vobis et in communi et in particulari offero et comendo. ex Vienna, die lune 20. maji anno 1443.

XII.*

[K. Friedrich an das Domkapitel in Straßburg; Wien, ca. 25. Mai 1443].[a] Klagt darüber, daß der Propst von Straßburg

---

* *Zur Datierung: Gefällige Nachforschungen des Herrn Stadtarchivars Bernays in Straßburg waren erfolglos; er verwies mich aber an das Bezirksarchiv daselbst, dessen Direktor, Herrn Dr. Kaiser, ich für seine wertvollen Mitteilungen auch hier bestens danke. Ich teile sie hier mit: „In einem Registraturbuche des Straßburger Domkapitels, das in den Jahren 1667/68 angelegt ist (Bez.-Archiv G 2958), befindet sich auf Seite 139' der Eintrag:* Commissio a Basiliensi concilio Gisberto electo Segobricensi facta ad audiendam causam inter Henricum Mengossum nec non Nicolaum Hunnow occasione praebendae regis chori Argentin. per obitum Symonis Anman vacantis vertentem 1441. *Ferner G 2714(²): Erzbischof Robert von Florenz fordert K. Friedrich und zahlreiche andere geistliche und weltliche Fürsten auf, da der zwischen Henricus Mengaiss arcium mag. und Nicolaus Honnow presb. Arg. dioc. schwebende Streit um die Chorkönigpfründe zu Gunsten des letzteren entschieden sei, den genannten Inhaber im Besitze seiner Pfründe zu schützen. 1443, April 30. Daraufhin verzichtet Henr. Mengass in einem Notariatsinstrument vom 2. Mai 1443 ausdrücklich auf die Pfründe. G. 2714(³). — Der Name Mengöz kommt urkundlich schon im 14. Jahrh. und jetzt noch französisiert (Ménégoz) in Straßburg vor. Der Name des Gegenkandidaten dürfte mit dem nordöstlich von Straßburg, jetzt auf badischer Seite gelegenen Ort Honau zusammenhängen.“ Das Schreiben des Königs ist jedenfalls durch das Ersuchen des Erzbischofs veranlaßt worden. Das genauere Datum ergibt sich aus der Erwägung, daß K. Friedrich am 25. Mai 1443 (Reg. 1440 u. 1441) über Straßburger Angelegenheiten verhandelt; gleichzeitig damit dürfte auch das vorliegende Schreiben sein, das dann allerdings die Sache bereits geordnet fand. Wenn in der Hs. die Anfangsbuchstaben der beiden Kandidaten mit einander verwechselt erscheinen, so dürfte dies wohl nur auf einer Flüchtigkeit des Schreibers beruhen.*

Digitized by Google

gegen den Vorschlag des Basler Konzils den Heinrich Mengaß zum Chorkönig eingesetzt habe und verlangt, daß der Kandidat des Konzils, Nikolas Honnow, in seine Rechte wiedereingesetzt werde.

Aus clm. 12725, Bl. 166.

Ad nostram nuper notitiam deductum extitit, quod licet alias fidelis noster *Nicolaus Honnow*[1] quandam vicariam in ecclesia Argentinensi sitam, que ibidem vicaria regis chori nuncupatur et que de jure patronatus regni nostri existit, a sacro Basiliensi concilio tanquam devolutam impetrasset, quidam tamen *Henricus Mengaiss*[2] per prepositum Argentinensem de eadem vicaria sibi provideri seu se ad eandem presentari optinuit, licet nulliter, et de facto[3] in ipsa vicaria se intrusit, super qua re inter *Henricum* et *Nicolaum* prefatis lis apud dictum concilium intentata coram vobis pendere dicitur. quare cum ad nos ex debito suscepto regiminis regii pertineat jura imperii et regni Romanorum privilegia tueri, habentes certam notitiam sicut vobis fidem facimus per presentes, quod jus presentandi sive nominandi ad dictam vicariam, dum vacat, personam idoneam ex ejus primeva fundatione ad Romanorum regem sive imperatorem pro tempore existentem spectat, volentesque, sicut tenemur, libertates et jura sacri imperii promovere, dilectiones *vestras* hortamur atque requirimus, ut in hujusmodi causa ita provideatis, quod stante provisione hac vice per dictum concilium facta, jus nostrum illesum inviolatumque permaneat, aliquando juxta consuetudinem in hujusmodi negotiis hactenus observatam executores ac defensores nostri juris cum brachio seculari deputabimus, ne nobis regnantibus sacrum imperium in suis juribus diminui valeat vel offendi, vos tamen ne ad hoc occasione prefate vicarie devenire oporteat, gratam rem et admodum majestati nostre placitam feceritis, si ut speramus utque de vobis confidimus, et *Nicolao*[4] prefato vicariam assignari amputatis litibus et jus nostrum custodiri feceritis.

---

[1] *Hs.* nur H. — [2] *Hs.* N. — [3] *In der Hs. folgt ein unverständliches* ac si. — [4] *Hs.* N.

Digitized by Google

XIII.*

[K. Friedrich an einen Kirchenfürsten, Dietrich von Köln?].[a] [Wien, Juni 1443?] Dankt ihm für sein Schreiben und bittet ihn, weiter für die Einigung der Kirche zu wirken. Was die Verständigung mit dem König von Aragonien anlangt, müsse er erst die Rückkehr des königl. Redners Philipp und des Königs Antwort abwarten.

Aus clm. 12725, Bl. 167v.

Recepimus ex manibus nobilis Gasparis Dornos[b] etc. litteram paternitatis vestre cum affectione et caritate erga nos plenam pollentemque alto consilio, quod etiam ex memoriali nobis per eundem Gasparum tradito clarius intelleximus, quod quam gratum quamquam acceptum nobis sit facile intelligi potest, cum ad unionem ecclesie sancte, quam summopere desideramus, multum deserviat. non plus de illo nunc dicemus, quoniam talia secrete servanda sunt et dum tempus affuerit dirigenda. rogamus autem vestram *paternitatem*, quatenus persuasionibus et consiliis vestris salubribus etc. cogitare velitis, ut ad unionem hujusmodi proveniri possit. nos enim, deus novit, pura ducimur affectione. vellemus, ut omnes ita ducerentur, sed videmus contrarium. preterea prefatus[1] frater vester nobis ex parte vestra amplam fecit oblationem, quam gratissime acceptamus, et dum nos prout in brevi speramus, in partibus superioribus cum principibus nostris constituemur, non pretermittemus vobiscum super singulis ore conferre, offerendo nos ad ea, que pro honore vestro et comodo poterunt esse proficua. quantum autem ad factum intelligentie cum fratre nostro carissimo, rege Aragonum etc. expectamus reditum oratoris sui Philippi et responsum super his, que sue *fraternitati* noviter scripsimus, quibus habitis

---

[1] *Beweis, daß der Brief unvollständig ist.*

[a] *Dietrich Mörs vermute ich als den Adressaten, weil auch von dessen Bruder, in diesem Falle Walram von Utrecht, die Rede ist. Das Schreiben könnte sich auf das geplante Konzil beziehen, in welcher Angelegenheit sich Friedrich auch an Alfons von Aragonien gewendet hatte.* — [b] *Wohl jener Caspar Dorus, dem Friedrich im Herbst 1444 einen Palatinatsbrief erteilt (Reg. Nr. 1861).*

Digitized by Google

procedemus ad ulteriora. cordi enim nobis est secum in fraterna caritate atque dilectione degere.

XIV.

K. Friedrich an K. Karl von Frankreich; Wien, 1. Juni 1443. Einladung zum Nürnberger Tage.

Aus cod. Rep. II, 72, Bl. 3 der Stadtbibliothek in Leipzig [L] und cod. IV F 87, Bl. 208 der Stadtbibliothek in Breslau [B]; gedruckt nach einer französischen Handschrift bei Martène et Durand: Collectio VIII, 977.

Fredericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, dilecto fratri suo regi Francie etc.[1]

Accidit non sine gravi cordis nostri[2] amaritudine, ut, ad Romane regie dignitatis culmen assumpti, jam scissam ecclesiam jamque monstruosam atque bicipitem invenerimus, que res tanto molestior nobis[3] fuit, quanto majora illuc prospeximus pericula[4] emersura. scimus etenim, quod turbata ecclesiastica pace nec populi nec principes conquiescunt, sed insurgentibus bellis, rapinis, tumultibus, incendiis, cedibus vastantur agri, urbes deripiuntur, provincie lacerantur et innumeris regna miseriis conteruntur. quodque molestius esse debeat, Christiani nominis inimici propagantur et catholice fidei limites deprimuntur, quibus malis ut obviare pro nostris viribus valeremus, quamplures[5] dietas indiximus, prelatos et principes nationis nostre sepius[6] convocavimus, ambasatores diversos nunc ad istam, nunc ad illam partem transmisimus, non laboribus, non expensis pepercimus, ut per nostram, si fieri posset, solicitudinem recens adhuc divisio sopiretur. scientes, quod, nisi pestis hujusmodi pollulans incidatur, difficile postmodum eradicatur adulta semperque fit vetustate robustior. tandem vero post regium dyadema susceptum cum Franckfordiam redissemus scissionemque ipsam majora dietim fomenta suscipere cerneremus, habita cum venerabilibus et illustribus tam electoribus quam aliis sacri imperii principibus, prelatis, baronibus, proceribus ac communitatum et universitatum studiorum generalium[7] ambasiatoribus matura

---

[1] *Die Adresse, die in beiden Handschriften fehlt, nach Martène.* — [2] *B.* nostri cordis. — [3] *B.* nobis molestior. — [4] *B.* pericula prospeximus. — [5] *B.* complures. — [6] *L.* sepe. — [7] *B.* generalium studiorum.

Digitized by Google

deliberatione, visum nobis est in hac divisione ecclesie, que non solum ignaros et vulgares perturbat sed peritos etiam et doctissimos homines in diversas sententias proripit, antecessorum nostrorum vestigiis inherendum, qui ut oriri scismata inter Christianos videbant, generalia erigi concilia mox procurarunt. sicut de Constantino magno, Marciano, Valentiniano,[1] Theodosio, Justino[2] et aliis pluribus cesaribus legitur et de dive memorie predecessore nostro Sigismundo presens etas recordatur, cujus opera, industria, solicitudine, studio pestiferum scisma, quod annis pene 40 universalem vexarat ecclesiam, in magno Constantiensi synodo finem accepit. pari igitur modo ad resarciendam presentis divisionis ruinam necessarium existimamus, generale concilium ab omnibus indubitatum teneri ubi mentibus tacuis orbis prelatis et aliis fidelibus deum timentibus ac publicam salutem amantibus tam de summo pontificatu quam de aliis rebus catholicam fidem ac universalis ecclesie nec non sacrorum conciliorum generalium[3] et sancte sedis apostolice auctoritatem et statum concernentibus, contentione semota, veritas ipsa manifestetur, et sicut una est fides unusque deus, sic unum ovile fiat et unus pastor, et ambulemus omnes in domo domini, cum consensu agnum in unis edibus comedentes. quod ut facilius fieret solennes oratores nostros simul cum prefatis electoribus versus Basileam atque Florentiam ad utramque partem transmisimus, magna cum instantia postulantes, ut ambe partes vota sua conferant, quatenus modis congruis ad generalis concilii, ab omnibus indubitati, congregationem infra unius anni spatium perveniretur[4] in loco nobis ac dictis electoribus grato et rebus gerendis accomodo. sed redeuntibus oratoribus nostris nequaquam perspeximus ex his, que nobis responsa sunt, pacis viam patere, de qua re magno dolore compungimur. non tamen[5] propositum procurande concordie deposuimus, sed quanto difficilior res esse videtur, tanto majori conatu duximus enitendum. confidimus enim in domino, quod ecclesiam suam non derelinquat, tum quia se velle persistere usque ad consumationem seculi repromisit. repetentes igitur animo nostri officii debitum, qui protectionem ecclesie, matris nostre, quamquam insufficientibus humeris et advocationem gerimus, volentes, ut tenemur, pre-

---

[1] *L.* Valeriano. — [2] *L.* Justiniano. — [3] *B.* generalium conciliorum. — [4] *L.* veniretur. — [5] *L.* nec.

Digitized by Google

sentibus Christiane religionis calamitatibus obviare, rursus ad festum sancti Martini proxime instans in opido nostro Nurenburgensi[1] aliam dietam cum predictis electoribus ceterisque prelatis, principibus nec non communitatum et universitatum generalium doctoribus duximus celebrandam, ut ibidem cum iisdem et aliis regum et principum oratoribus, qui affuerint, juxta ea, que in proxima Nurenburgensi[2] dieta deliberata fuerint, personaliter convenientes, de modis congruis, per quos dictum concilium pro pace et unione ecclesie celebrandum quantocius fieri queat post dissolutionem dicte diete feliciter inchoari ac votive postmodum terminari possit absque ulteriori mora disponamus, ne propter istam vel illam[3] personam scandalum patiatur ecclesia et Christiana religio amplius pessundetur. quia tamen hujusmodi negotium arduum est et totam Christianitatem concernit, opus[4] est ad hujus rei complementum, ut etiam ceteri fratres nostri carissimi, reges et alii principes nobis assistant, quos sane pronis animis et singulari affectu et letissimo corde propositum nostrum credimus suscepturos, cum non commodum nostrum aut honorem, sed communem et publicam prosequamur utilitatem, pacem, quam semper dileximus, promoventes, cumque nichil aliud[5] nos moveat quam fidei zelus et ecclesie, cujus advocati sumus, commiseratio, qui nimis inviti cernimus inconsutilem Christi tunicam et desuper contextam, quam perfidi quondam Judeorum satellites scindere ausi non fuerint, ab impiis Christianorum manibus lacerari. inter alios autem, quorum nobis ad reintegrandam ecclesiam confidimus adesse presidium, spem magnam in vestra serenitate posuimus, que semper ad pacem et commune bonum extitit inclinatior, progenitores suos imitans, quorum clarissima gesta pro Christiane fidei exaltatione et ecclesie catholice tranquilitate totus orbis admiratur et laudat. quibus ex rebus indubie credimus ad extirpationem scismatis presentis serenitatem[6] vestram totis affectibus animatam existere magnopereque optare, ut quam celerrime pax in ecclesia reformetur, qua spe veluti certitudine quadam permoti, confidentius vestram serenitatem duximus adhortandam, ut ad predictum concilium, postquam indictum fuerit, prelatos dominiorum vestrorum ac oratores vestros ad providendum ecclesie tollendumque scisma

---

[1] *B.* Norenborgensi. — [2] *B.* Norenbergensi. — [3] *B.* aliam. — [4] *B.* opus nobis. — [5] *Fehlt B.* — [6] *B.* fraternitatem.

Digitized by Google

destinare non omittatis, ut unitas atque tranquilitas in Christiano populo reparetur. sed omnino ad hanc rem tam salubrem, tam optatam, tam necessariam atque sanctam nobiscum sentire et pari voto velitis concurrere atque patentibus brachiis nostram intentionem suscipientes cooperaremus, quod dominicus grex salvetur et non sit amplius ruina. confidimus enim, quod nichil apud vestram serenitatem plus valeat quam veritas, quam unio, quam animarum salus et[1] orthodoxe fidei propagatio, que omnia, sicut cernitis, propter divisionem hujusmodi nimium sustinent detrimentum. agite igitur, rex inclite et amantissime frater, sicut de vestra sincera mente sanctaque voluntate fiduciam obtinemus et inherentes progenitorum vestrorum vestigiis, quem admodum religiosissimus princeps pacis et veritatis amator semper fuistis, sic et vos nunc in hoc exhibito negotio nobis per latorem presentium ante predictam dietam in festo sancti Martini celebrandam de vestra intentione celeriter respondentes, ut per vestram et aliorum regum et principum opera pax pulcerrima inter Christianos populos reflorescat et tam vestre fraternitati quam aliis cooperantibus ab eo, qui cuncta videt et nullum irremuneratum preterit bonum, celestis retributio premii rependatur. datum Vienne, 1. die mensis junii anno domini 1443, regni vero nostri anno 4.

XV.

Kaspar Schlick an den Bischof von Großwardein, Johannes de Dominis; Wien [ca. Anfang Juni[a]] 1443. Über Angelegenheiten Ungarns, für das er trübe Zeiten kommen sieht. Bittet den Bischof, Ladislaus wie bisher treu zu bleiben.

Originalkonzept des Eneas Silvius mit Korrekturen Schlicks im k. u. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv in Wien (gedruckt bei Chmel: Materialien I, 118[a]).

Reverende in Christo pater ac domine singularis.[2] Fuit apud me nuntius vester, homo modestus et comis, multaque

[1] *L.* quam. — [2] *Eneas ursprünglich:* ac colende mi domine; *Schlick änderte wie oben.*

[a] *Die Datierung ist schwer; sicher ist nur, daß der Brief nach den Verhandlungen mit den Böhmen geschrieben ist, also nach dem 17. Mai (vgl. Palacký: Dějiny národu českého V I[4], 430, Anm. 88) und vor dem 1. August, an welchem K. Friedrich und mit ihm Schlick wieder in Wr.-Neustadt waren. Die versteckte Drohung des Briefes scheint mir für den Anfang Juni zu sprechen, als der Preßburger Tag ergebnislos geendet hatte.*

Digitized by Google

mihi nomine vestro et auditu suavia et cognitu gratissima retulit. affecerunt me illa non parvo gaudio, que super rebus illis Unghariciis, quid vestri animi esset vestreque sententie, denudarunt. et quamvis laudem magnopere presens propositum vestrum, preteritum tamen non acerbe reprehendo. communis etenim error quandam pre se fert excusationem. videtur namque fatalis quedam calamitas incidisse, que inprovidas hominum mentes illo in regno occupavit, ut cernere nequirent verum.[1] quod itaque hactenus factum est,[2] fortune ascribendum est; quod in futurum facere velle vos spero,[3] providentie atque consilio. et quippe ut illud timor excusat, sic istud animi recta comendat ratio. tantum superest, ut susceptum mente propositum firmiter continuetis effectuique mancipetis, quod paternitati vestre *reverendissime* non solum ad laudem sed ad fructum et utilitatem conducet. videbitis namque brevi tempore maximam rerum mutationem. jam enim maturum est ulcus et necessarium est, ut sanies exeat. non placent deo, qui contra fas contraque omne jus gentium alios opprimunt, nec homines hisce justitie oppressoribus perpetuo favent. sed solent injusti ad tempus sublimes fieri, ut quo altius evecti fuerint, eo gravius corruant. veniet, veniet quippe tempus et prope est, ut libenter voluerint ceteri omnes ejusdem fuisse animi, cujus fore vestram paternitatem indubitanter confido.[4] sed videant illi, ne tardiores sint, ne cum gesta res fuerit, fortunam magis quam justitiam sequi videantur. loquor aperte cum vestra reverendissima *paternitate*, quia id arbitror pro mea familiaritate, qua semper usus sum secum, mihi licere. fuistis etenim mihi semper et pater humanissimus et dominus benignissimus plurimisque me beneficiis devinctum reddidistis, quo fit, ut animum meum patefacere vestre *paternitati* non reformidem. scio namque, quod omnia in bonam recipitis partem et ut pura mente loquor, sic puris auribus auditis. ego sane consulo, suadeo et, si licet, moneo, ut justitiam serenissimi domini regis Ladislai fovere velitis et pro vestris viribus adjuvare, ne sibi tam atrocem injuriam inferri patiamini. dico pro vestra portione, ne quid vobis culpe

---

[1] *Eneas ursprünglich:* ut cernere verum non permisit *(!), was er dann selbst korrigierte.* — [2] *E. ursprünglich* fecistis, *von Schlick korrigiert.* — [3] *E. ursprünglich:* velle ostendetis, *von Schlick korrigiert.* — [4] *E. ursprünglich:* cujus se fore vestra *paternitas* significat; *von Schlick korrigiert.*

Digitized by Google

valeat imputari. scitis enim, quod, qui non propulsat cum potest injuriam, tam est in culpa quam is, qui infert. debetis preterea compati tam conquassato regno, quod nunquam poterit quiescere, nisi quos debet habeat gubernatores, et quos habet injustos depulerit. vani sunt namque illorum cogitatus, qui se putant absque justitia pacem habituros. hoc pluribus forsitan moneo, quam apud gnarissimam et doctissimam *paternitatem* vestram expediat. nam quid est, quod vos lateat aut quod ex me discere possitis, nisi fortasse aliquid facti, in quo sepe contingit ab indoctis peritissimos commoneri. possum equidem super facto licentius loqui, quia non apud vos omnia patent, que apud nos geruntur. utcumque est, laudo *paternitatem* vestram, ejusque judicium perspicax probo, que more prudentissimi naute futuros ventos procul videt hisque navim preparat, ut cum illi venerint, non in proram sed in puppim recipiantur. plane ut opinor me habetis. quantum autem ad majestatem regiam pertinet, sciat vestra *paternitas*, gratiam se ejus habere majoremque in dies habituram, si ut spero atque indubie credo, bonum[1] animum retinebitis et quantum in vobis fuerit enitemini, ut justitie locus sit, qui tamen omnino erit, nec poterunt perfidorum impedire conatus. de me autem sic habete, quod ubicumque sum vester expectareque omnia summa pro vobis studia atque officia a[2] me potestis, quia non fallam opinionem vestram. scio namque, quod nunquam[3] possem tantum esse vobis morigerus, quantum vestra virtus singularisque bonitas promeretur. scripsissem aliquid de Bohemis, nisi quod jam arbitror notum esse paternitati vestre, eos hic fuisse et iterum in majori numero ad festum sancti Michaelis proximum redituros esse, conclusionem bonam atque optatam cum majestate regia suscepturos, que res non parum ad justitiam in Ungharia faciendam conducit, sicut arbitrari optime potestis, qui utriusque regni et mores et conditiones non ignoratis. valete feliciter. scriptum Wienne per vestrum *Gasparem* Slik de Wywar, cancellarium imperialem.

Reverendissimo in Christo patri, domino Johanni, episcopo Waradiensi, domino meo singulari.[4]

---

[1] *Von Schlick aus urspriünglichem* presentem *korrigiert.* — [2] *Von Eneas aus urspriünglichem* de *korrigiert.* — [3] *Ein urspriünglich folgendes* pro vestris erga me meritis *von Schlick gestrichen.* — [4] Scriptum — singulari *Zusatz von Schlick.*

Digitized by Google

XVI.*

K. Friedrich an die Stadt Siena;[1] Wien, 24. Juni 1443. Einladung zum Nürnberger Tage.[a]

Aus cod. Vindob. 5089, Bl. 278v.

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole dux etc. civibus Senensibus.

Honorabiles, fideles, sincere dilecti. permolesta nobis res est hec divisio, que sanctam dei ecclesiam quasi tempestas quedam invasit, nam et bona plurima impedit et mala pene infinita producit. ea quoniam vobis notissima sunt consulto transimus. proximum est, ut propositum nostrum, quod sit ad exstirpationem presentis scismatis, vobis notificemus vosque hortemur, ut ad commune extinguendum incendium nobiscum concurratis. nobis etenim, omnibus consideratis, nulla conventior via est visa ad pacem ecclesie reintegrandam, quam generale congregare concilium, ad quod omnes tum reges et principes, tum populi nationesque mittant et quid expediat in communi consulant, ut sublata differentia tam de summo pontificatu quam de sacrorum conciliorum et sancte se*dis* ap*ostolice* auctoritatem sicut una est fides unusque deus sic unum fiat ovile et unus pastor et ambulemus omnes in domo domini cum consensu, agnum in unis edibus comedentes. nec nostrum dumtaxat hoc consilium est, sed tam illustres principes sacri imperii electores quam alii prelati, barones et universitates generalium studiorum ac communitates nostre nationis et nonnulli alii reges et principes Christiani in hac sententia nobiscum existunt, quod eo magis nobis placet, quoniam et antecessores nostri idem factitare consueverunt, cum scismata intra ecclesiam insurgebant. sic[2] de Constantino magno, Theodosio et aliis pluribus cesaribus legimus et

---

[1] *Ein gleichlautendes Schreiben an die Stadt Florenz vom selben Datum im Plut. 49 sup. cod. 47, Bl. 49v, der Laurenziana; die geringfügigen Abweichungen sind im folgenden verzeichnet.* — [2] sicut.

[a] *Die Antwortschreiben der beiden Städte hat Chmel aus clm. 215 in den Sitzungsberichten der Wiener Akademie 5. Bd. (1850), S. 686—687 mitgetheilt; sie folgen zur Vervollständigung auch hier; zwei andere Antwortschreiben a. a. O.; acht weitere interessante, bisher ungedruckte Schreiben im clm. 14134, Bl. 123—127 und im Cod. Voraus 35, Bl. 188—191.*

Digitized by Google

de dive memorie Sigismundo predecessore nostro presens etas recordatur, cujus opera, studio et sollicitudine pestiferum illud scisma, quod annis circiter 40 universalem vexarat ecclesiam in sacra Constantiensi sinodo finem accepit et quamvis partes ipse nunc invicem dissidentes ad rem hanc per nostros oratores tam in Florentia quam in Basilea requisite minus gratum responsum prebuerint[1] non tamen procurande concordie propositum deposuimus, sed quanto difficilior res esse videtur, tanto majori conatu ducimus innitendum,[2] scientes, quod omne preclarum opus arduum est et omne utile consilium difficile vixque aliquid boni sine difficultate perficitur. ideoque perseverantes in sententia concilii celebrandi rursus conventionem aliam prelatorum, principum, baronum, communitatum et universitatum nationis nostre prefate apud Nurinbergam in festo sancti Martini proximo celebrandam indiximus, intendentes ibidem super modis exigendi[3] generale concilium finalem conclusionem suscipere, qua propter, cum res hec tam vos quam alios Christianitatis populos concernat opusque sit, ut ad removendum universale scandalum universorum vires concurrant, fidelitates vestras hortamur attente ac pro communi omnium Christianorum utilitate requirimus, ut ad prefatum concilium, postquam indictum fuerit, oratores vestros ac prelatos vestrorum dominiorum transmittatis et nobiscum in omnibus ad unionem et tranquillitatem ecclesie concurratis, prout de vestra sincera et optima voluntate confidimus, nobis per latorem presentium[4] ante diem conventionis predicte de vestra intentione respondentes, ut per nostram solicitudinem, nobis atque aliis Christiane religionis populis opem et operam ferentibus, pax pulcerrima in Christiano populo reflorescat et tam vobis quam aliis cooperantibus ab eo, qui cuncta videt et nullum incrementum preterit bonum, celestis retributio premii tribuatur. datum Vienne, die 24. junii anno domini etc. *1443*, regni vero nostri anno 4.

Ad mandatum domini nostri regis, domino Gasparo cancellario referente, Eneas Silvius.[a]

---

[1] prebuerunt. — [2] enitendum. — [3] cogendi. — [4] presentium latores.

[a] *Ich teile hier die Antworten der beiden Städte Siena und Florenz nach dem Kodex Lobkowitz 462, Bl. 40 und 41, mit: Siena schreibt ablehnend:*

Serenissime atque gloriosissime princeps et clementissime domine, pater et domine singularissime. post recommendationem. Litteras sacre

Digitized by Google

[In verso:] Honorabilibus prioribus, gubernatoribus communitatis et capitaneo populi civitatis Senarum, nostris et imperii sacri fidelibus sincere dilectis.[1]

---

[1] Honorabilibus prioribus artium, vexillifero justitie, populo et communitati civitatis Florentie, nostris et imperii fidelibus dilectis.

majestatis vestre, que nobis proximis diebus reddite sunt, summo honore ac reverentia, uti decet, suscepimus hiisque plenius intellectis respondemus. nos, qui bonum commune Christianorum et ecclesie semper optavimus ac quesivimus, egro ac molesto animo ferimus, si qua divisio orta est illis in partibus, ut littere majestatis vestre asserunt, que vel minimum scandalum in dei ecclesiam inducere queat. nam cum pontificem summum Eugenium quartum habeat ecclesia, tertium decimum annum in pontificio jam agentem, quem juste sancteque electum nemo nisi infidelis negat et quem cuncti reges principes et populi, potissimum felicis recordationis Sigismundus scismatis hostis et Albertus, antecessores vestri, usque ad extremum vite et ceteri in hanc usque diem Christi vicarium venerati sunt, quodque tam pie quam fideliter precipue novissimis litteris suis serenitas vestra probare videtur, nulli profecto Christiano unici pastoris potestatem, que divino non humano ore robur accipit, in dubium revocare licet. nos ergo et rei ratione et tot principum diuturno exemplo ducti secus agere aut existimare nefas putamus, quin potius pene manu tangimus perniciosum fidei et ecclesie fore, si ulla in congregatione disceptatio aut sermo de ea re habeatur. quod si fieret, videret majestas vestra rem Christianorum in deteriorem exitum vergere, quod precaventes ab hujus rei culpa penitus abesse intendimus, quam incidere arbitramur eos, qui hanc rem in dubium vertere voluerunt propterea, si qui adversus sancte apostolice sedis auctoritatem se erigere nituntur et in gregem domini perfidia serpere fucati quodam religionis colore velut infecta aut putrida membra puniri gladio et imperialis culminis ense abscindendi perdendique sunt, ne universum ecclesie corpus inficiant. est ergo regie potestatis vestre, apostolicam sedem et summum pontificem Eugenium tueri et augere, adversantes comprimere et, ne sub concilii aut tertii loci nomine, quod nisi apostolica auctoritate fuerit fulcitum irritum fore nullus ignorat, vulnus non solum ecclesie sed omnibus, qui Christo militant, infligatur, compescere improbas cogitationes illorum, qui se ab ecclesia subtraxerunt, quorum opera in propaculo sunt hoc pacto ecclesie et cuncto Christiano populo quies optata dabitur, quam nusquam apcius commodiusque dari posse universi existimant. cumque a serenitate vestra cuncti tutelam ecclesie et Christiane unitatis prestolentur, nihil est, quod illis majoris letitie et gaudii hoc tempore affere possit, quam Eugenium pontificem summum magne veneratioui habitum et indubitatum Christi vicarium favere, colere et observare, et quamcunque congregationem in illum et ecclesie pacem se extollentem dissolvere et punire, quo majora dignioraque opera cepta ad nominis Christi gloriam omni molestia pro suo zelo ac fide tucius ac liberius

Digitized by Google

XVII.

K. Friedrich an Papst Eugen; Wien, 25. Juni 1443. Verständigt ihn von seiner Absicht, ein allgemeines Konzil einzuberufen und von dem Nürnberger Tage.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 61[a], verglichen mit dem Drucke bei Plac. Braun: Notitia de codd. mss. Afrae Augustae VI, 158 [B].

Beatissime pater et domine. Desideravimus hattenus magnopere et adhuc ex sincero cordis et compassionis affectu desi-

---

[a] *Eneas setzt dem Briefe ein* dimitte *an den Rand.*

agere implereque possit. vestram autem serenissimam majestatem humiliter obsecramus ut si oratores nostros non miserimus id eoque pacientique animo perferat, quoniam nihil dubitamus, celsitudinem vestram hac breviori tuciorique via sublaturam, quidquid dedecoris aut malitie noverit in sancta aut sanius extra sanctam ecclesiam, quod illi nullatenus obesse possit, quem admodum majores vestri summis laboribus aufferre studuerunt, ut ovile Christi ac illius verus pastor et apostolica sedes, uti par est saltem nostris temporibus, illibata et observata permaneat. postremo nostrum civitatem ejusque cives vestre clementissime majestati, cujus vere fideles sunt, enixius quoad possumus commendamus. datum Senis, die 21. augusti 1443 in dictione 6.

Serenitatis vestre devotissimi filii et servitores
priores gubernatores communitatis et capitaneus populi civitatis Senarum.

Die Antwort von Florenz lautet zustimmend:

Serenissime ac gloriosissime princeps, pater ac domine noster singularissime. post humilem recommendacionem. Accepimus litteras imperatorie sublimitatis, in quibus sapientissima verborum serie ac maxima racionum gravitate significatur nobis propositum atque intencio majestatis vestre circa extirpacionem divisionis ac scismatis, quod nuper in ecclesia dei ac in populo Christiano emersit. quarum litterarum intellecto tenore summis ac dignissimis laudibus prosecuti sumus imperatoriam majestatem vestram, que de unitate Christianorum sollicita est ac omnem protinus deformitatem et labem omneque pestiferum virus de ecclesia dei removere festinat, ut tollantur nocitura et salubria sciscantur. hec profecto sunt optimi ac sapientissimi principis, hec nomen vestrum pro tam laudabili cura apud deum et homines gloriosissimum reddent. nec est quicquam dignum judicio nostro, in quo dignius ac laudabilius operari augustalis sublimitas possit. quod autem in extremo ipsarum litterarum majestas vestra postulat, ut ante festum sancti Martini, in quo congregacio vestre nacionis apud Nurembergam ordinata existit, declarare velimus, an ad concilium generale pro his rebus ordinandum prelatos et oratores nostros mittere intendamus, ad hanc partem

Digitized by Google

deramus, ut pro pace et unione ecclesie, que proch dolor nimium[1] his diebus quassatur,[2] generale concilium, ab omnibus indubitatum in loco tuto et rebus gerendis accomodo, quam citius fieri posset, celebraretur. ad quam rem, ut vestra beatitudo consensum preberet, tam nos quam illustres principes, sacri imperii electores, oratores nostras ad eandem transmisimus, licet in nullo, sicut spes erat, votiva responsa successerint, cum judicio vestro minime aptum medium ad quietem ecclesie visum sit, quod nos et dicti electores[3] aperuimus et quippe responsionem nobis factam clarius intuentes consultius fuisse pro communi utilitate putavissemus,[a] quod *beatitudo vestra* aliquas clausulas mitius et clementius posuisset, pro meliori tamen omnia et singula interpretantes virorum timoratorum et tam divini quam humani juris peritiam habentium freti consiliis intelligere jam[4] non valemus, que aptior, tutior aut alia expeditior via tollendi scismatis esse possit, quam generale cogi concilium. nam et id ratio suadet et majorum nostrorum hoc praxis edocuit, ut in omni ecclesie turbine concilium pro remediis adhiberetur. nec nostra tantum aut prefatorum timoratorum sententia est, nam si id esset predictis non obstantibus plus multo sanctitati vestre quam nobis ipsis crederemus, sed nedum electores prefati immo et complures Christianitatis reges et principes id sentiunt, atque[5] suadent, nos per litteras suas et tamquam protectionem et advocationem ecclesie gestantes ad id operam demus summis precibus adhortantes et, ne amplius supersedeamus, urgentes. statuimus ergo recipiendum fore, quod communis sic attolit opinio. ideoque juxta plurimorum desideria iterum conventionem prelatorum et principum Germanice nationis in festo sancti Martini proximo

---

[1] *B.* nimis tamen abs demeritis. — [2] *B.* conquassatur. — [3] *B.* oratores. — [4] *Fehlt B.* — [5] *B.* et.

[a] *Gemeint sind die Verhandlungen im November 1442, die Schlick geführt hatte.*

per nos respondetur, esse intencionis nostre, per vivam vocem oratorum nostrorum ante congregacionem Nurembergensem prefatam vel in ipsa congregacione voluntatem ac sinceritatem animorum nostrorum super hac materia et aliis vestre celsitudini declarare. datum Florencie die 28. augusti 1443.

Serenitatis vestre devotissimi servitores
priores arcium et vexillifer justicie populi et communitatis
Florencie.

Digitized by Google

apud Norembergam indiximus, ut finalis illic conclusio super justis et oportunis modis congregandi concilii[1] recipiatur et ut omnibus nostra patescat sinceritas de prefatorum[2] et aliorum sacri imperii principum consilio ad universos interim reges et principes Christiane religionis scripsimus, ut et ipsi prout alias nobis significarunt ad restringendum hoc edax incendium, quo sancta conflagrat[3] ecclesia, velint concurrere. qua propter etsi preces nostre superiores incassum ierint, rursus tamen beatitudini vestre supplicare decrevimus, ut quod ante factum non est, nunc velit pro bono communi totius Christiane religionis et pro suo debito et honore perficere doctosque nautas imitari, qui, ne pericula subeant, graviori tempestati sepe[4] obsecuntur. sciunt namque incautum esse ceptum cursum cum periculo tenere potius, quam eo commutato tandem pervenire, quo placet. non enim idem aut facere aut dicere[5] semper tenemur, sed idem spectare semper debemus nec laudatam agnovimus in una sententia perpetuam mansionem. speramus per vestram beatitudinem sane intelligi, ideo finem scribendi facientes eandem in visceribus Jesu Christi sicuti prius iterum hortamur,[6] ut quid dignitas, quid debitum, quid religio, quid denique de vestra clementia expectatio summa omnium flagitat, prono animo complectatur, nobis ante diem predicte conventionis de sua intentione rescribens, nos autem si, ut arbitramur, in hac petitioni nostra beatitudinem vestram inclinatam et affectam viderimus, ut veritatis et justitie defensores tam ab equis quam iniquis[7] recognoscamus officiose curabimus. datum Vienne, die 25. junii anno domini etc. 43 regni vero nostri anno 4.

Ad mandatum domini regis dominus Gaspar cancellarius, referente Enea Silvio.[8]

---

[1] *B.* concilium. — [2] *B.* prefatorum electorum. — [3] *B.* affligitur. — [4] *B.* sepius. — [5] *B.* docere. — [6] *B.* exhortamur. — [7] *B.* tam ab universis. — [8] *Datum und Unterschrift nach B.; Chigi hat das später von Eneas eingesetzte Datum:* Vienne, die 16. julii anno etc. 43. *Daß es nicht richtig ist, beweist die bei Braun VI, 159—164 mitgeteilte Antwort des Papstes, worin es heißt:* Litteras, quas ex Vienna 25. junii ad nos scripsisti. *Auch das Schreiben an die Kardinäle trägt das Datum 25. Juni in allen alten Handschriften.*

Digitized by Google

XVIII.

K. Friedrich an das Kollegium der Kardinäle; Wien, 25. Juni 1443. Teilt ihnen seinen Plan der Einberufung eines allgemeinen Konzils mit und ersucht um ihre Unterstützung in dieser Angelegenheit.

Aus Chigi JVI, 208, Bl. 63 mit dem Vermerk des Eneas: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. VI), gleichlautend mit clm. 14134, Bl. 119° und Vindob. 5089, Bl. 259 (notiert bei Chmel, Reg. 1476).*

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus etc.

Reverendissimi in Christo patres et amici carissimi. non latet vestras paternitates reverendissimas, quanti periculi sit quantasque secum animarum jacturas ferat hec divisio, que quasi procella quedam horribilis sanctam dei nuper invasit ecclesiam, nec dubitamus, quin pro vestra summa et prudentia et bonitate unionem desideretis et nostris diebus ecclesiam videre paccatam. quod et nos ex intimis quoque desideramus precordiis, qui nimis inviti cernimus inconsutilem Christi tunicam et desuper contextam, quam perfidi quondam Judeorum satellites scindere non presumpserunt, ab impiis Christianorum manibus laniari. nec sane ad hujusmodi resarciendam ruinam viam prospicimus aptiorem, quam generale concilium ab omnibus indubitatum in loco tuto et rebus gerendis accomodo celebrari. nec id nobis solum videtur, sed communis hec est nedum timoratorum virorum sed et plurimorum regum et principum Christiane religionis sententia, qui nos, ut ecclesie protectorem et advocatum, ut ad id operam navemus, exhortari et commonere dietim non cessant. qua propter licet in hunc finem tam nostri quam illustrium principum electorum sacri imperii oratores ad sanctissimum dominum papam Eugenium et vestras reverendissimas paternitates preterita hieme transmissi gratum responsum non obtinuerint, non tamen proposito nostro procurande concordie cecidimus, sed quanto difficilius res esse videtur, tanto majori conatu duximus enitendum, quia, quo difficilius aliquid queritur, eo preclarius invenitur. perseveramus igitur in ea sententia, ut generale cogatur concilium, pro qua re maturanda rursus electorum predictorum ac magnatum freti consilio conventionem prelatorum et principum nationis nostre apud Norembergam in

Digitized by Google

festo sancti Martini proximo celebrandam indiximus, universos interim reges et principes Catholicos nostris litteris excitantes, ut ad commune restinguendum incendium nobis assistant atque cooperentur viis justis et accomodis, de quibus optima freti fiducia sumus, quod nostra per eos intentio patentibus brachiis suscipiatur, cum nichil aliud quam dei honorem, ecclesie pacem et animarum salutem in hoc mundo queramus, attento precipue, quod et maxima pars ipsorum hoc unicum reintegrande ecclesie nobis significavit esse remedium salutare. quibus ex causis non ab re censuimus, ut iterum beatitudinem ejusdem domini pape Eugenii exhortaremur, quatenus juxta petitionem, quam predicti nostri oratores fecerunt, et totius Germanice nationis et universe fere Christianitatis desiderio velit clementer annuere. scribimus ergo et nunc denuo sanctitati sue sibique supplicamus, ut pro comuni utilitate et suo debito et honore pariter et commodo preces nostras complectatur, sicut ex litteris nostris eidem destinatis videbitis, quarum copiam presentibus mittimus interclusam. verum quia et vos hoc negotium concernit, qui sedis apostolice cardines estis atque columpne, collegium etiam vestrum rogamus attente, ut ad rem hanc tam sanctam atque salubrem velitis condescendere eandemque sanctitatem, si forte aliter sentiat, iterum atque iterum et inportune et oportune ad hoc inducere, ne Christiana religio tali modo conquassetur. nanque si presens scisma in ipso ejus ortu non extirpetur difficile postmodum nostro judicio adultum eradicabitur fietque semper vetustate robustius. jamque aliquid subodoravimus per nonnullos practicari, ut radices scismatis hujus altius suffigantur, cui rei providentie vestre est obviare. sapientibus nanque non solum omnipharíam fortune impetus tollerare sed impedire etiam et eisdem obviare congruit. non dicimus multa, quia ex paucis pro summa vestra prudentia conjicere vos plura non ignoramus. solum vobis optimum nostrum ad pacem et unionem ecclesie zelum ac sancte sedis apostolice et fidei exaltationem recomendamus, cupientes, ut de vestra nobis intentione per hunc nuntium quantocius rescribatis. nobis quidem salus Christiani populi et fidei catholice exaltatio tante cure est, ut tam vobis quam aliis quibusque comune bonum optantibus aut pares aut certe proximi simus. vestrum est consulere fidei Christiane ac honori et statui apostolice sedis, quod tunc rite facietis, cum ad dicti concilii congregationem propensi fueritis et in eandem sententiam beatitu-

Digitized by Google

dinem domini pape Eugenii adduxeritis. datum Vienne, *die 25. junii anno domini 1443 regni vero nostri anno 4.*[1]

XIX.*

Kaspar Schlick an einen Kardinal; [Wien, ca. Ende Juni 1443]. Ersucht ihn, dahin wirken zu wollen, daß der Papst den Plänen K. Friedrichs geneigt werde.

Aus clm. 12735, Bl. 186 und 186v.[2]

Dominus Gaspar ad cardinalem pro unione ecclesie.

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime. fuit hic superoribus diebus ille doctor, quem cum vestris litteris et instructionibus ad regiam majestatem transmisistis, qui majestatem eandem ut voluit allocutus fuit, omnia latissime exponens sibi commissa. is responsum habuit et per proprium nuntium vestre *reverendissime* paternitati transmisit, quod jam arbitror ad vos esse deductum. verum quia reverendissima *vestra paternitas* significavit sanctissimum dominum nostrum papam mitiorem effectum esse circa res illas, pro quibus apud sanctitatem suam fui idque nonnulli alii curiales per suas litteras affirmant, deliberavit majestas domini nostri regis rursus apud eundem dominum nostrum papam instare, ut pro pace et unione ecclesie viam illam tenendi concilii generalis ab omnibus indubitati complectatur, prout ex litteris regiis sacro dominorum cardinalium collegio scriptis, quas lator presentium defert, plene videbitis. rogo igitur et obsecro, ut vestra *reverendissima paternitas* omni conatu apud *sanctissimum* dominum nostrum velit laborare, quod regie preces pro bono comuni exaudiantur, quia per hanc maxime viam statum suum corroborabit, dominum nostrum regem sibi ut est affectissimum retinendo. super quibus rebus dignetur vestra reverendissima *dominatio* mihi plene rescribere et me per hunc nuntium de omnibus reddere certiorem, ut pro ejusdem domini nostri honore et statu tanto ma-

---

[1] *Chigi hat an dieser Stelle:* 43 ut supra, *dem clm. fehlt jede Jahresangabe. Die Antwort der Kardinäle gedruckt bei Braun, 6, 164.* — [2] *Der Brief ist in die Handschrift zweimal eingetragen; die Abweichungen bestehen nur aus bedeutungslosen Schreibfehlern. Er kann jedenfalls nicht lange nach dem vorangehenden geschrieben sein.*

Digitized by Google

jores curas ac solicitudines suscipiam, quanto sue *sanctitatis* intentionem meliorem erga dominum nostrum regem et rei publice Christiane utiliorem esse perceperim.

XX.*

Kaspar Schlick an einen Kardinal (Lodovico Scarampo?); [Wien, Ende Juni 1443]. Freut sich, daß der Papst jetzt milder gestimmt sei und bittet den Kardinal, er möge seinen Einfluß geltend machen, daß der Papst dem Plane K. Friedrichs zustimme.

Aus cod. Lobkowitz 462, Bl. 59.

Cancellarius innotescit cuidam cardinali, qualiter responsa domini apostolici regie majestati viderentur[1] dura gaudetque, sua sanctitas jam se mitius gerat etc.

Reverendissime in Christo pater et domine honorande. teneo memorie illa, que hoc anno, dum Florentie forem, cum vestra paternitate et cum bone memorie reverendissimo domino cardinali sancte crucis,[a] qui tunc in humanis agebat, nomine serenissimi domini nostri Romanorum regis pertractavi, simulque memini responsi suscepti, que omnia meo in reditu majestati regie, ut gesta erant, exposui. de quibus aliqualiter eadem majestas admirata est, cum plerisque principibus inferioribus multo majora concessa sint per *sanctissimum dominum* Eugenium papam, quam essent nonnulla ex postulatis regie majestatis. similiter quoque demiratus est dominus noster rex illam duram responsionem[b] super facto congregandi concilii datam per eundem *sanctissimum dominum* nostrum, Eugenium prefatum.[2] non solum regiam sublimitatem, sed electores principes universos Almanie ac ipsam totam nationem Germanicam notare visus est, quod hoc tempore, ut cum *paternitate vestra* reverendissima[3] loquar confidenter, non expediebat. noviter autem, sicut nonnulli etiam viri graves et auctoritatis magne ex Romana curia scribunt, idem *sanctissimus* dominus papa mitior factus est plurimumque mutatus. quod si ita est, valde gaudeo, nichil enim sue sanctitati utilius esse potest in hac divisione ecclesie, quam

[1] *Cod.* videretur. — [2] *Cod.* Eugenius prefatus. — [3] *Cod.* reverenda.

[a] *Niccolò degli Albergati, gestorben 9. Mai 1443.* — [b] *Vom November 1442 (gedr. Braun 6, 186 und Würdtwein, Subsid. diplom. IX, 57—60).*

Digitized by Google

serenissimum dominum nostrum regem sibi, ut est, tenere benivolum et suis precibus, tum precibus privatis tum publicis, gratanter annuere, ut in concilio, quod fiet, vices sibi impendantur. est enim omnino dispositus ipse dominus noster rex ad unionem ecclesie per viam generalis concilii intendere et in dieta, *festo* sancti Martini apud Nurembergam celebranda, ultimam suscipere conclusionem. quare cum sic regiam majestatem ac electores et totam nationem fervere videam, mihi, qui predicti sanctissimi domini pape servitor existo, debitum meum esse videtur, ut *paternitatem* vestram, que apud eundem *sanctissimum* dominum papam inter primos habetur, certiorem de his faciam vosque rogem et precer, ut sanctitatem ejusdem domini pape ad voluntatem domini nostri regis deflectere enitamini ipsamque inducere, ut ante predictam dietam petitiones alias per me factas exaudiat, bullas suas super omnibus exhibens. scio, quod *vestra paternitas* habet copiam illorum tractorum et inter nos collatorum et idcirco nichil hec renovo, quoniam si id egerit, dominum regem mirum in modum sibi alliciet et statum suum reddet per omnia tutiorem. velitis ergo vos, qui auditus estis ab eo, quique in oculis ejus gratiam semper invenitis, super his laborare, que sue sanctitatis honorem et utilitatem ac totius universalis ecclesie pacem concernunt, mihique per latorem presentium de ipsius domini pape et vestra intentione rescribere, ut in dieta prefata juxta responsum, si bonum fuerit, possim pro ipsius sanctitate decertare et domino nostro regi, que persuadenda fuerint, efficaciter suadere. valete optime et me recommissum facite apud domini nostri pape sanctissimi pedes, ad cujus et vestra mandata sum semper promtus.

XXI.*

Kaspar Schlick an den Kardinal Giuliano Cesarini;[a] [Wien, Anfang Juli 1443].[b] Beklagt sich, daß trotz des Hainburger Tages die Bedrückungen nicht aufhören. Der König von Polen lasse auf des Kanslers Gründen ein Schloß aufführen; der Kar-

---

[a] *Der Adressat ist nicht genannt; er ergibt sich aber aus dem Zusammenhange.* — [b] *Der Brief kann nicht allzulang nach Schluß des Hainburger Tages geschrieben sein; Anfang Juli ist wohl der spätteste Termin.*

Digitized by Google

dinal möge Sorge tragen, daß der Bau untersagt werde. Teilt ihm vertraulich mit, daß Venedig keine Flotte ausrüste.

Originalkonzept des Eneas Silvius mit Korrekturen des Kanzlers im k.u.k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv in Wien.

Reverendissime in Christo pater et domine honorandissime post recommendationem.

In Haymburga nuper ante recessum vestrum satis in camera regia repetita fuit serenissimi domini nostri Romanorum regis intentio circa negotia illa regni Ungharie et circa expeditionem exercitualem contra Turchos, Christiani nominis hostes mittendam intellexitque vestra reverendissima p*aternitas*, quomodo majestas domini nostri regis nullatenus illam impedire vellet et quomodo cum fratre suo, rege Polonie serenissimo, bonam pacem haberet, quam semper custodire et servare intenderet, tum propter vinculum sanguinis, tum propter affectionem, qua ipsum complectitur, nisi aliter provocaretur et pro defensione suarum terrarum, suorum consanguineorum urgeretur. et cum ista responsione vestra reverendissima p*aternitas* recessit, promittens vice versa operari velle apud ipsum d*ominum*[1] Polonie regem, quod par dilectio parque amicitia et pax servaretur. et ita dominus noster rex spem habuit.[2] sed continuo nove injurie subditis domini nostri regis inferuntur et dampna, de quo [!] clamor non modicus in conspectu regis insurrexit.[3] jamque etiam ipse dominus rex Polonie quoddam terrenum[4] in confinibus Austrie[5] in solo et fundo domini mei cuidam Scole, servitori Pangracii, dedit atque proscripsit, qui illud[6] edificari fecit ad dampnum ferendam Austriam,[7] prout dietim per illos, qui fortalitium[8] edificant, prede ad hanc patriam[9] committuntur, de qua re satis admiror. nec video, qua de causa aut quo colore ipse dominus[10] rex Polonie terram meam alteri dederit,

---

[1] *Von Schlick eingefügt.* — [2] *Es folgen im Text die durchgestrichenen Wendungen:* nunc autem certificatus. quod tamen effectu non completur. — [3] de—insurrexit *von Schlick eingefügt.* — [4] *Von Schlick korrigiert aus* castrum. — [5] *Von Schlick korrigiert aus* Moravie. — [6] dominii—illud *von Schlick eingefügt für ursprüngliches* fundo meo. — [7] *Von Schlick korrigiert aus* ad depredandam Moraviam. — [8] *Von Schlick korrigiert aus* castrum. — [9] ad—patriam *von Schlick eingefügt.* — [10] *Von Schlick eingefügt.*

Digitized by Google

ut ibi castrum edificetur. ea enim terra mihi per clare memorie Sigismundum[1] et Albertum, veros ac legitimos Ungharie reges, donata fuit, cujus verus possessor sum.[2] nescio cur nunc *dominus*[3] rex Polonie spoliare me illa velit, qui semper indifferens fui nec per me aut meos aliqua injuria facta est[4] his, qui de parte sunt *domini*[3] regis Polonie, sed laboravi semper, quantum scivi et potui ad pacem et concordiam regni Ungharie et communem utilitatem. utcunque est, rex noster non intendit pati, quod prefatum castrum edificetur ad pernitiem suorum dominiorum et damnum subditorum, prout in Haynburga *vestre reverendissime* paternitati satis declaratum fuit.[5] itaque si aliquid egerit, coactus faciet pro tutela sue patrie et defensione juris sui ac suorum, non autem, ut vel exercitum contra Turchos impediat vel pacem, quem habet cum rege Polonie, violet. cogitur enim.[6] intellexit etiam majestas regia, quomodo *dominus*[3] rex Polonie exercitum movit contra magnificum *dominum*[7] Giscram, de qua re multi mirantur et dolent,[8] cum pecunie ille pro exterminatione infidelium Turchorum collecte jam contra Christianos consumantur.[9] similiter etiam in Stiria damna fiunt, que res non tendunt ad pacem conservandam sed ad discordiam excitandam, de quibus puto *dominationem* vestram reverendissimam male contentam esse. ideo rogo, ut pro bono rerum et pro felici directione expeditionis, quam procuratis, velitis circa premissa cum serenissimo domino, rege Polonie, providere, ne tales insolentie fiant, que possent majestatem domini nostri regis provocare, que disposita est ad quietem, dignemini etiam operari, quod[10] solum meum mihi liberum relinquatur et quod possessiones mee, quas Pangracius usque modo holdis gravissimis oppressit, de majestate *domini* regis absolvantur,[11] ut ego, qui hic semper mediator et promotor pacis existo, pace ipsa in meis dominiis uti possim et animer ad magis laborandum pro concordia. nanque si res mee sic impugnari pergant, opus

---

[1] *Ein folgendes* et imperatorem *gestrichen.* — [2] cujus — sum *Einschub Schlicks.* — [3] *Von Schlick eingeschoben.* — [4] *Ursprünglich* fuit. — [5] prout — fuit *von Schlick hinzugefügt.* — [6] non autem — enim *von E. hinzugefügt.* — [7] magnificum dominum *von Schlick eingeschoben.* — [8] multi — dolent *von Schlick eingesetzt für ursprüngliches* non solum miratur sed etiam dolet. — [9] *Ein ursprüngliches* preter intentionem concedentium *gestrichen, ebenso* — [10] dictum castrum non amplius edificetur sed *gestrichen.* — [11] et quod — absolvantur *Einschub Schlicks.*

Digitized by Google

mihi erit non ad ea, que sunt pacis, intendere, sed ad tutelam juris mei vigilare et credat *dominatio vestra*, quod me ab illis holdis etiam cum incommodis [?] Pangracii, si aliter esse non poterit, bene absolvam et in talibus potestis uti assistentia venerabilis domini mei decani, de quo dudum multum confisus sum atque confido.[1] nec potero irritatus alios non irritatos tenere, quia non est bonus medicus, qui medicina ipse indiget. hec scribo reverendissime *paternitati* vestre confidenter, sciens, quia bonum zelum habetis nec velletis inter Christianos vigere discordias. sed omnis cogitatio vestra contra Turchos defertur, circa quam rem unum dicere in secreto *dominationi* vestre non pretermittam, videlicet, quod heri venerunt nostri mercatores de Venetiis, qui asseverant certissime,[2] nullam omnino galeam esse armatam Venetiis nec provisionem de armando fieri. itaque valde timeo, ne *dominatio* vestra ab utraque parte decipiatur, ut in mari nichil fiat et interea, quid fit, contra Christianos potius quam contra infideles instituatur, quod horribile valde esset.[3] circa quas res dignetur *vestra reverendissima paternitas* cogitare et sibi ipsi providere. sapienti loquor. *vestra* autem *paternitas* est, que scit obviare futurum.[4] velit mihi *dominatio vestra* reverendissima quam citius rescribere et tam de his, que rem publicam quam rem secretam et etiam[5] meum dominium tangunt, quam de aliis omnibus me reddere certiorem, ut sciam quomodo me habere, quia si res et subditi mei pacem habebunt, ut etiam alii pacem habeant procurabo pro virili possibilitate[6] mea. aliter vero pacem, qua ipse gaudere non possum et mihi damnosa sit, non promovebo et rebus meis, quo melius potero, consulam. nec alia in presentiarum, nisi quod me reverendissime *paternitati* vestre humiliter recommendo, ad ejus mandata paratissimum.[7] sum enim taliter vester, ut pro *vestra reverendissima paternitate* michi non posset precipi, quod michi non esset facile propter intimam affectionem meam. heri hora vesperi venerunt duo nobiles ex parte *domini* ducis Saxonie pro re illa, quam scitis. certifico *vestram reverendissimam* pa-

---

[1] et credat — confido *von Schlick eingeschoben.* — [2] *Von Schlick eingefügt.* — [3] quod — esset *Einschub Schlicks.* — [4] dignetur — futurum *Einschub Schlicks.* — [5] rem publicam — etiam *Einschub Schlicks.* — [6] *Von Schlick eingefügt.* — [7] *Ein folgendes* Datum *von Schlick gestrichen, um die Schlußsätze beizufügen.*

Digitized by Google

ternitatem, quod hic non fiet dilacio, nisi *vestra reverendissima paternitas* interveniat. dignetur *vestra reverendissima paternitas* cogitare de securitate reditus hujus nuncii mei, quem solum hac de causa ad *vestram reverendissimam paternitatem* transmisi propter bonos respectus, quoniam de aliis bene intervenisset mora. scriptum Vienne.

XXII.*

K. Friedrich an den Herzog von Mailand, Filippo Maria Visconti; [Wien, Anfang Juli 1443]. Ersucht ihn, dem Eneas Silvius wieder die Mailänder Präpositur zu übertragen.

Aus clm. 12725, Bl. 168 und Cod. 462, Bl. 52 der Bibliothek Lobkowitz in Prag.

Illustris etc.

Etsi omnibus, qui justitiam prosecuntur, libenter velimus prodesse, illis tamen singulariori[1] quodam affectu subvenire atque opitulari tenemur, qui nostris insudantes obsequiis die noctuque pro nostre serenitatis et imperii sacri tum honore tum utilitate laborant. inter hos unus non minimus fidelis dilectus Eneas Silvius de Picolominibus Senensis, poeta laureatus, familiaris et secretarius noster, cujus opera, studio et solicitudine multis in rebus utimur, eum in omnibus et fideliorem et diligentiorem semper invenientes. is alias ex provisione sacri Basiliensis concilii, dum omnes illud recognoscerent, ac tua ex gratia preposituram *sancti Laurentii Mediolani*[2] extitit assecutus illamque aliquamdiu tenuit et possedit. postmodum informata tua dilectio,[3] licet falso,[4] quod ipse *Eneas* apud Basileam mortem obiisset, preposituram eandem cuidam *Leonardo della Serrate*,[5] qui de illa sibi per sedem apostolicam post tamen dictam concilii provisionem obtinuerat provideri, tradi et[6] assignari fecit. nec postmodum *Eneas* prefatus, licet in humanis superesset idque constaret, possessionem suam valuit recuperare, circa quam rem nobis non de te, nam id ex tua mente procedere non opinatur[7] et tibi multum afficitur,[8] ut omnes Senenses solent, sed de tuis officialibus, qui hec agunt, sepe conquestus est, majestatique

---

[1] *Lobk.* singulari. — [2] *Beide Codd. haben hier nur* etc. — [3] *Lobk.* dilectione. — [4] *clm.* falsa. — [5] *Beide Codd. nur:* L. etc. — [6] *Fehlt clm.* — [7] *Lobk.* opinamur. — [8] *Lobk.* afficimur.

Digitized by Google

nostre supplicavit, ut sibi super his providere vellemus, existimans litteras nostras apud te plurimum valituras esse. nos igitur videntes petitionis instantiam et indignissimum reputantes, ut beneficia viventium per aliquos occupentur, cum idem *Eneas* tam tibi quam nobis et fidelis et affectus existat, dilectionem tuam per has litteras duximus exhortandam, ut preposituram prefatam ipsi Enee, tum justitie et suarum virtutum intuitu, tum nostri contemplatione restitui facias nec patiaris, quod sibi in tuis dominiis violentia fiat. quod si *Leonardus* predictus jus se habere putat, faciat, quod juris est, permittat restitui spoliatum et postea jus suum experiatur. contentus enim est[1] idem *Eneas*, postquam fuerit restitutus, juri stare, ubi tua dilectio voluerit, dummodo judices sibi suspecti non fuerint. qua propter, cum tam justa tamque honesta ipsius *Enee* immo nostra sit postulatio, velit tua dilectio facere, ut pro eo rogantes non incassum scripserimus, sed quemadmodum de tua dilectione confidimus, familiares nostros eo modo a te intelligamus, quo tuos velis a nobis pertractari, in qua re nobis tanto magis[2] complacebis, quanto eundem *Eneam* acceptiorem habemus. datum.[3]

XXIII.*

[Kaspar Schlick an Niccolò degli Arcimboldi in Mailand;[a] Wien, Anfang Juli 1443.] Bittet ihn, sich seiner Angelegenheit anzunehmen, berichtet über politische Neuigkeiten und empfiehlt ihm schließlich die Sache des Eneas Silvius.

Aus cod. 462, Bl. 57 der Bibliothek Lobkowitz in Prag und clm. 12725, Bl. 55.*

Spectabilis et eximie doctor, affinis carissime.

Venit Mediolanum venerabilis vir dominus Laurentius de Rotella, canonicus Tridentinus,[4] tantum super nonnullis rebus dominum suum concernentibus, qui nuntium quendam suum remittere huc habet. quapropter rogo, ut mihi rescribatis, quibus in terminis sint negotia mea, de quibus ultime vobis ac magnifico domino Uguccioni[5] scripsi. multi enim sunt dies

---

[1] *Lobk.* est enim. — [2] *Lobk.* nobis tanto magis. — [3] *Fehlt clm.* — [4] *clm. nur* L. — [5] *clm.* magnifico N.

* *Der Adressat ergibt sich aus einem Vergleich mit Nr. XLIII, wo Arcimboldi als* eximie doctor, affinis carissime *angesprochen wird.*

Digitized by Google

translapsi, quod litteras originales, instrumenta et omnia necessaria juxta consilium vestrum Mediolanum misi ad illum mercatorem de Constantia, Conradum Mesner, vobis ulterius tradendas.[1] velitis ergo me de omnibus reddere certiorem, et si res adhuc non sunt expedite, velitis curare et operam adhibere, ut quam primum determinentur,[2] ut si possibile sit, per dictum nuntium finem rerum intelligam et recommendetis me prefato[3] domino Uguccioni, quia spem omnem meam[4] in ipso reposui, ut quicquid sim habiturus sue magnificentie ascribam. et quia serenissimus dominus noster rex super factis ecclesie *illustrissimo* principi domino duci scribit, placeat etiam rem illam promovere, ut tandem, si fieri possit, nostris diebus reuniatur ecclesia et pax inter Christianos populos reviviscat.

De novitatibus harum partium parum scribere possum, nisi quod in Hungaria[5] per operam reverendissimi cardinalis sancti angeli magna pecunia collecta est sub colore expeditionis bellice contra Turcos faciende. utrum tamen in illum usum convertende sint, exitus manifestabit et jam signa sinistra sunt. rex enim Polonie jam decem diebus exercitum contra infideles paratum adversus magnificum Giskram, capitanum Bohemum catholicum et serenissimo principi regi Hungarie Ladislao obedientem deduxit illumque et plures alios fideles Hungaros nititur vi comprimere. itaque valde timendum est, ne res sub suco boni cepta finem habeat pessimum. Bohemi autem ad dietam festo sancti Michaelis proximo redituri huc sunt et jam pactationes et intelligentie ita limate sunt, ut non restet nisi conclusionem suscipere, que res Polonorum regem aliena regna invadentem terrebit. hic est magnificus comes Cilie et dietim tractatur inter regem ipsum super vetuste differentie concordia, quam, si deus dederit, bonum habere exitum speramus. est etiam hic reverendissimus archiepiscopus Strigoniensis et secuti sunt plures alii Hungari de obedientia prefati domini regis Ladislai, cum quibus de modis regendi illum regnum et resistendi adversantibus tractatur continuo. de passagio contra Turcos faciendo non magna spes est. nam et Hungari ipsi inter se concordes non sunt. Turcorum tanta potentia est, ut majoribus viribus, quam Hungarorum sint, possint resistere conflictusque

---

[1] *clm.* ad — tradendas *fehlt.* — [2] *clm.* terminentur. — [3] *clm.* predicto. — [4] *clm.* spem meam omnem. — [5] *clm. schließt hier mit einem* etc.

Digitized by Google

ille hujus anni, in quo triginta hostium millia cecidisse vulgatum est, comperta veritate non nisi novem milium sint, que res, considerata Turcorum multitudine et potentia, cladis nomen non meretur. alia que scribam non habeo, nisi quod ultimo etiam vos rogo, ut Eneam, nostrum secretarium regium, super re prepositure sue, de qua regia majestas domino duci scribit, suscipiatis amice commendatum. datum.

XXIV.*

Kaspar Schlick an Gianfrancesco Gonzaga, Markgrafen von Mantua;[a] [Wien, Anfang Juli 1443]. Dankt ihm für die politischen Neuigkeiten aus Italien und sendet ihm solche aus Deutschland.

Aus clm. 12725, Bl. 117v und cod. 462, Bl. 44 der Bibliothek Lobkowitz in Prag.

Illustris princeps, domine et affinis colende.

Fuerunt mihi, ut semper consueverunt, littere vestre gratissime, quas honorandus vir, dominus Johannes de Theno canonicus noviter[1] ad me retulit, cum ex illis tum sospitatem vestram tum novitates Italie perceperim. eas mox regie majestati ostendi, que gratias vestre *dominationi* pro illis refert. reputat enim sibi scriptum esse, cum mihi aliquid significatur et libenter statum et conditionem Italie, quomodo dietim succedant,[2] pernoscere cupit. itaque fit res sibi jocundissima, quotiens facta Italica ad suam notitiam deducuntur nec sane inmerito, cum et titulus ejus et dignitas illinc processerit[3] et nemini sit ambiguum, Italiam Romano imperio subjectam esse debere. rogo igitur, ut vestra *dominatio illustris* morem hunc suum in scribendo conservet, res Italicas sepius significando, quando se nuntii offerunt,[4] quia multum in hoc regie majestati complacetis. ego quoque ex his partibus vices rependam, quam-

---

[1] *Lobk.* nonis. — [2] *Lobk.* succedat. — [3] *Lobk.* processerint. — [4] *clm.* referunt.

[a] *Der Brief ist in beiden Handschriften namenlos überliefert; doch ergibt schon der Vergleich mit Nr. III und die gleiche Ansprache den Namen des Adressaten; das Datum ist aus den im Briefe dargelegten politischen Neuigkeiten leicht zu erschließen.*

Digitized by Google

quam non paria negotia possim referre, quia non tot novitates habet Germania, quamvis longe amplior sit quam Italia.

Nunc autem hec sunt, que significari possunt. regia majestas in primis optime valet cum germano et baronibus patrie in bona intelligentia, nec est, qui sue jam voluntati in aliquo repugnet. cum comite Cilie habiti sunt his diebus plures de concordia tractatus et jam prope calcem deducti sunt, ad magnum nedum honorem, sed etiam commodum domus Austrie. res Hungarie dietim melius disponuntur, nam et serenissimi regis Ladislai partes dietim crescunt et Polonie diminuuntur, ad quam rem multum facit negotium Bohemorum, qui in festo *sancti* Michaelis maximam hic conventionem sunt habituri, ut regie majestati tutorio nomine se subdant. que res multum terret Hungaros, qui etiam comitis Cilie concordiam et Ladislai bani dimissionem multum timent.[1] et preterea[2] in visceribus regni *Hungarie* Giskra Bohemus, manu promtus et consilio potens baro, cum una legione strenuorum militum pro rege Ladislao continuas pugnas faciens, cui nemo adhuc resistere potuit. pecunie insuper pro expeditione adversus Theucros[3] facienda pene consumpte sunt, et maxime ille exercitus, qui parari dicebatur, multo minor fama repperitur. itaque reverendissimus d*ominus* cardinalis *sancti* angeli quantum audio de rebus illis pene desperat, quamquam et ipse plura Hungaris promiserit juxta commissionem summi pontificis, quam re forsitan possit, si ita sequatur, ut Veneti non sint[4] classem concessuri, prout vulgari fama scripsistis. alia nunc scriptu digna non habeo.[5] recommendo me *illustri* d*ominationi vestre*, ad ejus semper mandata paratum. datum.

XXV.

K. Friedrich an den Kardinal Giuliano Cesarini;[a] [Wien, Ende Juli 1443]. Beklagt sich über die beständigen Räubereien der

---

[1] *Lobk.* terrent. — [2] *clm.* propterea. — [3] *Lobk.* Turcos. — [4] *clm.* sunt. — [5] *Lobk. ursprünglich* occurrunt, *das gestrichen und durch* habeo *ersetzt wurde.*

[a] *Der Adressat ist im Konzept nicht genannt; im Index des clm. (der manche Unrichtigkeit enthält) wird er als an den archiepiscopus Strigoniensis gerichtet bezeichnet. Das ist irrig; der Brief ist eine Antwort auf das Schreiben des Kardinals Cesarini vom 28. Juni (Chmel, Material. I, 113); dementsprechend auch die Ansetzung des Datums. Auf die in Cesarinis Brief erwähnte Klage des Palatins läßt Friedrich den Kanzler antworten.*

Digitized by Google

Parteigenossen des Königs Wladislaw, die namentlich die Besitzungen des Kanzlers Schlick verwüsten, und stellt eventuell Repressalien in Aussicht.

Aus clm. 12725, Bl. 161;[1] *verglichen mit dem Originalkonzept des Eneas Silvius (mit eigenhändigen Korrekturen des Kanzlers) im k. u. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv Wien (gedruckt bei Chmel: Materialien I, 117*[b]*).*

Fridericus etc.

Reverendissime in Christo pater,[2] amice noster carissime. attulit nobis vester nuntius, quem novissime ad nos transmisistis, non solum vestras sed et carissimi fratris nostri regis Polonie litteras, cui fratri nostro ita respondemus, sicut ex copia his inserta videbitis, ex qua plane percipietis desiderium nostrum, quo incensi sumus, ut regnum illud *Hungarie* inclitum in pace ac tranquilitate constituatur simulque et[3] optimum zelum, quo prefatum fratrem nostrum prosequimur, intelligetis, quamvis ista etiam, dum hic eratis, tum ex verbis tum ex operibus nostris vestre *reverendissime paternitati* innotuerint.[4] nunc vero, ad litteras vestras respondentes, memores sumus ejus, quod scribitis, nos, dum hic essetis, sepius dixisse, velle cum eodem fratre nostro sibique obedientibus eam, quam habemus, pacem et bonam amicitiam libenter custodire,[5] nisi pro defensione nostrorum et subditorum et adherentium provocaremur. diximus id quidem dicimusque, nam pacem et quietem magnopere colimus. sed dolemus, quod non omnibus idem propositum est molesteque ferimus, quod volentes quiescere non permittimur.[6] veniunt enim dietim ex regno *Hungarie*, qui nostros subditos lacessunt et infinitis afficiunt dampnis[7] et novissime potenti manu illi de Güns, de Rahonz et alii de illis finibus congregati[8] civitatem Soproniensem,[9] quam sub pignore a corona *Hungarie* tenemus,[10]

---

[1] *Dem Texte ist clm. zugrunde gelegt, da dessen Abschrift nach meiner Überzeugung auf der endgültigen Redaktion beruht, die in wesentlichen Stücken von dem Konzepte abweicht und wohl unmittelbar vom Könige selbst bestimmt wurde.* — [2] *Konz.* pater et. — [3] *Fehlt im Konz.* — [4] *Im Konz. noch folgende, durchgestrichene Stelle:* velitis igitur hanc mentem nostram, sicut eidem fratri scribimus, ita et sibi et aliis persuadere et ut cepistis ad commune bonum totis viribus laborare. — [5] *Konz.* inviolabiliter servare, *von Eneas selbst korrigiert* libenter custodire. — [6] *clm.* permittuntur. — [7] et — damnis *fehlt im Konz.* — [8] de Güns — congregati *fehlt clm.; dafür* etc. — [9] *clm. nur* N. — [10] et novissime — tenemus *ist im Konzept Korrektur Schlicks für ursprüngliches:* nuperque magna potentique manu obedientes tales etc. civitatem etc. quam sub pignore Ungharie tenemus.

Digitized by Google

capere volentes, quia prohibiti sunt, suburbia omnia incenderunt, et quod inhumanum fuit atque inmane, pueros atque senes, qui propter etatis inbecillitatem effugere non potuerunt, sub eodem incendio cremaverunt, pecora vero et quicquid suppelectilis fuit, asportarunt. nudius etiam tertius Pangracius de Berench[1] cum pluribus aliis sociis dominia magnifici Gasparis[2] violenter invasit, et non solum villas sed etiam ecclesias combussit, et quia castrum capere[3] non potuit, minatus est, majoribus se viribus reversurum,[4] cum tamen idem Gaspar[5] usque in presens semper indifferens et pacifice[6] se habuerit, nulli partium nocens aut magis quam alteri favens.[7] hoc qui faciunt, ex his sunt, qui[8] fratri nostro, regi Polonie, obediunt, propter quod magis ac magis miramur, per suam fraternitatem super his non provideri. nos autem his injuriis ac insolentiis non solum provocamur, sed pro tutela cottidie a nostris invocamur.[9] tot enim sunt subditorum nostrorum querele, tot lamentationes eorum, qui nostram implorant protectionem, ut etiam, si cor haberemus lapideum, sentire tamen et moveri deberemus. que omnia ideo[10] volumus vestre paternitati reverendissime significare, ut[11] fratrem nostrum predictum et consilium suum[12] de his certiores[13] reddatis eosque[14] inducatis, ut circa hec, que contigerunt, per satisfactionem debitam[15] et alia, que possunt contingere, oportune provideant[16] ac suos ita contineant,[17] ne quid scandalorum amplius

---

[1] *clm. hat nur* p. de b., *des Eneas Konzept* talis etc.; *Schlick setzt dafür am Rande ein:* Pangracius de Berench. — [2] *Im Konzept heißt es* Gasparis cancellarii nostri fidelis dilecti, *wozu Schlick bezeichnenderweise noch hinzufügte:* quem tantum, uti *vestra paternitas* scit, caripendimus atque diligimus; *daß dieser Passus in dem wirklich abgeschickten Schreiben, auf dem die Abschrift des clm. beruht, fehlt, ist ungemein charakteristisch.* — [3] *So nach dem Konzept; clm.* rapere. — [4] *Im Konzept ursprünglich* majoribus viribus se fore reversurum, *was Eneas selbst korrigierte.* — [5] *Konzept* idem cancellarius. — [6] et pacifice *fehlt im Konzept.* — [7] *Schlick fügt hinzu:* imo patienter sufferens, quod idem Pangracius pauperes suos holdis usque modo graviter extorsit. — [8] *Konzept* qui prefato. — [9] *Konzept und clm. ursprünglich:* tutela resistere ac vim vi repellere cogimur. *Schlick streicht* sed — cogimur *und setzt dafür am Rande die oben angeführte Wendung, die auch clm. nachträgt.* — [10] *Konzept* jam. — [11] *Konzept* ut antequam aliud agamus. — [12] et — suum *fehlt im Konzept; Schlick fügt ein:* et consilium suum ac barones. — [13] *Konzept* certiorem. — [14] *Konzept* eumque. — [15] per — debitam *fehlt im Konzept und ist Zusatz von Schlick.* — [16] *Konzept* provideat. — [17] *Konzept* contineat.

Digitized by Google

oriatur. tunc enim facile nobis erit, subditos nostros ab armis prohibere, quando et vicini etiam quieverint.[1] aliter vero continere nostros non possumus aut eis subsidiis nostris deesse,[2] plurimumque miramur, quod eos usque in hanc diem tot injuriis et damnis lacessitos potuerimus retinere, cum omnibus hominibus non solum a jure, sed a natura sit datum, ut se, vitam, corpus et res tueantur suas.[3] atque hec ad litteras vestras sufficiant, super quibus velitis celeriter[4] providere, ut sicut desideratis et nos cupimus, discordiarum materia cesset. quod erit utique facile,[5] si utrinque ab injuriis abstineatur, quod[6] de nobis et nostris subditis, si reciproce fiat, promittere possumus.[7]

XXVI.

Kaspar Schlick an den Palatin von Ungarn, Lorenz von Hedervary; Wien, [Ende Juli] 1443. Bedauert die Unbill, die der Palatin durch die Hauptleute von Raab erlitten; weist auf ähnliches Unrecht hin, das ihm widerfahren sei, und entschuldigt es durch die Zeitverhältnisse.

Aus cod. Chigi JVI, 208, Bl. 84 mit des Eneas Bemerkung dimitte; *N. 187.*

Gaspar Sligk, cancellarius imperialis magnifico viro domino[8] Laurentio, palatino Hungarie, veteri et prestanti amico ac fratri, *salutem plurimam dicit.*

---

[1] tunc — quieverint *fehlt im Konzept.* — [2] aut — deesse *Zusatz von Schlick.* — [3] *Im Konzept und im clm. ist folgender Satz gestrichen:* provideat ergo super his vestra reverendissima paternitas, que ad pacem missa est curetque, ut omnis discordiarum fames tollatur. *Im Konzept folgt noch:* quod si ex parte fratris nostri predicti obtinere poteritis, ut speramus, pro sua solita diligentia curet. provideatis. velitis igitur, *was alles gestrichen ist.* — [4] *Konzept* taliter. — [5] *Konzept* quod facile fiet. — [6] *Konzept* quod de carissimo fratre nostro sperare. — [7] *Schlick streicht den ganzen Schlußsatz und setzt dafür ein:* velitisque nobis quantocius rescribere, quid in hac re feceritis, ut nos secundum ea regere sciamus, quia, si nos in civitate Soproniensi, quam vero pignoris titulo sine jactura et dampno quorumcunque tenuimus et tenemus, tantum dampnum percipere debemus a parte fratris nostri et Polonie regis et similiter cancellarius noster, qui indifferens et sine lesione cujuscunque usque modo stetit, intelligere potest *vestra reverendissima paternitas*, quod hoc equo animo tollerare non poterimus, quamvis intuitu carissimi fratris nostri, Polonie regis, libenter quieti stare vellemus. — [8] *E I gestrichen.*

Digitized by Google

Intellexi cum ex litteris vestris[1] mihi directis tum ex his, que regie majestati scribitis, querimoniam, quam facitis de dampnis vobis per capitaneos Jaurinenses illatis, et pro jure veteris amicitie nostre, que in me nunquam extinguetur vivo, regie serenitati supplicavi, ut super his vellet providere, magnificentiam vestram recommendatam suscipiendo. displicuit regi audivisse dampnum vestrum summeque sibi hec genera injuriarum hincinde facta displicere[2] respondit doletque se non posse ut vellet providere. ait tamen in facto vestro velle se scrutinium habere et quicquid boni pro vobis possit libenti animo facere. ego autem, sicut alias scripsisse me memini, video sic res illius incliti Hungarie regni se habere, ut impossibile putem, singulares homines pace gaudere, nisi et universum regnum habeat illam,[3] quoniam hoc tempore, dum iste divisiones sunt, mandata regum contempnuntur. nulla obedientia est, sed quilibet sibi vult esse dominus, quod ego quoque cum magna jactura experior. licet enim serenitas regis Polonie Pancratio et Scole mandaverit, ut a rebus meis manus retraherent, ego tamen per illos majora in dies patior detrimenta nec aliquis est his in partibus superioribus, quem illi magis vexent quam me, quasi mandata regis in contrarium interpretentur jussique sint, me unum impetere, molestare, persequi, exterminare. ego tamen super his non regi Polonie succenseo sed conditionibus temporis. sic et magnificentiam vestram hortor facere, quoniam alia via non est, per quam possimus quiescere nisi per pacem universalem totius regni, quam procurare et pro nostro privato et pro communi bono tenemur, ad quam rem tanto magis vos rogo, quanto scio, consilium vestrum pro ceteris magis audiri. ego id ipsum ex hac parte faciam, semper ad vestra promptus beneplacita. datum Vienne, ... 1443.[4]

XXVII.*

K. Friedrich an K. Wladislaw von Polen; [Wien, Ende Juli 1443]. Antwort auf den Brief Wladislaws vom 28. Juni (Chmel:

---

[1] *Die Singularform der Handschrift habe ich im Anschluß an andere Briefe Schlicks an den Palatin in die ursprüngliche Pluralform verwandelt.* — [2] *EI* molestam esse. — [3] *EI* nisi cum universo regno. — [4] *Das von Aeneas dem Briefe nachträglich beigefügte Datum* die 20. octobris *ist unrichtig; vgl. den vorangehenden Brief.*

Digitized by Google

Materialien I, 111). Bedauert, daß der König nicht zum Tage nach Preßburg kam, der infolgedessen ergebnislos verlaufen mußte; kann den Vorschlag, einen Tag für den 2. Februar einzuberufen, nicht annehmen, weil er voraussichtlich um diese Zeit durch einen Reichstag verhindert sein werde; hofft nach der Rückkehr des Königs aus dem Zuge gegen die Türken über einen neuen Tag mit ihm verhandeln zu können.

Links das Originalkonzept des Kanzlers Schlick, das am Rande die Bemerkung Schlicks trägt: Domine Enea, aptetis hoc ornatius, effectu non mutato *(gedruckt bei Chmel: Materialien I, 116[a]), rechts die Umarbeitung des Eneas (bisher ungedruckt). Beide Originale im k. u. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv in Wien.*

Serenissime princeps, frater et consanguinee carissime.

Scribit nobis *vestra* fraternitas commemorando ea, que reverendissimus in Christo pater *dominus* Julianus, cardinalis sancti angeli, eidem *vestre* fraternitati retulit, precipue tamen de illa bona affectione, quam ardenter gerimus ad pacem regni Hungarie atque etiam de sinceritate, quam portamus ad dilectionem vestram, nec non de exercituali illa expeditione, quam prosequi instituistis, de qua nos letaremur et optaremus illam felicem consequi progressum. nec illam vellemus impedire, sed potius promovere, nec non nos communem mediatorem pacis et sollicitum constituere, quemadmodum litera vestra ampliori verborum contextu in se continet. que omnia bene intelleximus et affirmamus ipsum *dominum* cardinalem bene dixisse, quia utique ille sumus, qui ipsum Hun-

Serenissime etc.[1]

Cognovimus ex litteris vestris, quo modo reverendissimus in Christo pater, dominus Julianus, cardinalis sancti angeli, ad vestram *fraternitatem* nuper reversus, nostram intentionem eidem retulit, precipue tamen de illa bona affectione, quam ardenter gerimus ad pacem et tranquilitatem regni Hungarie ac de sincera dilectione, qua vestram fraternitatem prosequimur, et sicut exercitualem illam expeditionem, quem adversus Teucros, Christiani nominis inimicos, instituistis, non impedire sed potius promovere ac illius

[1] *Schlick streicht das* etc. *und setzt dafür* princeps, frater et consanguinee noster carissime *und fügt am oberen Rande die Adresse hinzu:* Fridericus etc. serenissimo principi Wladislao, Polonie regi, fratri et consanguineo nostro salutem et fraterne devocionis augmentum.

Digitized by Google

garie regnum, quod clipeus Christianitatis existit libenter videremus pacatum atque quietum, ut Teucris, inimicis Christi et fidei nostre catholice emulis, nedum resisti, sed ut ipsi pocius e finibus Europe possent cogi, et quantum cunque nos ad hoc consiliis et auxiliis cooperari potuissemus, ad hoc sine fallo semper sollicite intenti fuimus et ob eam potissime causam preteritam dietam Haymburgensem indixeramus ac prelatos, barones et alios utriusque obedientie prefati regni illuc convocavimus, *vestram* fraternitatem specialius nostris litteris adhortantes, ut et vestros oratores pleno mandato fulcitos illuc velletis transmittere, cum quibus de mediis pacis potuissemus conferre, quemadmodum eciam egregios vestre fraternitatis oratores, episcopum Waciensem et decanum Cracoviensem[a] hic requisivimus atque rogavimus, ut ipsi diete interesse vellent, plenissimam habentes fiduciam, si talis dieta suum habuisset progressum vestrique interfuissent, quod sine aptis mediis pacis illinc non fuisset discessum nec per missionem oratorum vestrorum progressui ipsius excercitus aliqua negligencia seu dilacio

[a] *Peter Agmandi, Bischof v. Waitzen und Nikolaus Lasotzky.*

felicem progressum cernere vellemus, utque ad pacem in dicto regno tractandam communis solliciti mediatoris locum libenter susciperemus, quemadmodum prefate littere vestre ampliori contextu verborum enarrant. quibus omnibus plane perceptis affirmamus, ipsum *dominum* cardinalem vera de vobis dixisse, quoniam utique illi sumus, qui regnum illud Ungharie, quod murus quidam fidei Catholice et Christianitatis est clipeus, libenter pacatum et quietum nostris diebus conspiceremus, ut perfidi Teucri, Christiane fidei hostes, in perniciem nostre religionis assidue crassantes non solum compesci,[1] sed etiam e finibus Europe possent exterminari, ad quod quantumcunque consiliis et auxiliis cooperari potuimus, soliciti semper et intenti fuimus[2] et ob eam potissime causam preteritam dietam Haymburgensem indiximus,[3] prelatos, barones et alios utriusque obedientie regnicolas eo convocantes ac vestram *fraternitatem* specialibus nostris litteris adhortantes, ut et vestros oratores

[1] *Ursprünglich hatte Eneas geschrieben:* perfidis Teucris ... hostibus, ... crassantibus ... resistere. — [2] *Ursprünglich:* potuissemus indubitanter semper soliciti et intenti fuissemus. — [3] *Ursprünglich:* indixeramus.

Digitized by Google

fuisset collata. unum enim factum et aliud non fuisset pretermissum. sed dum illa dieta incassum transiret, nescimus cujus induccione, cessavit interpositio nostra. nihilominus tunc hic Wienne oratoribus vestris et demum prefato domino cardinali satis deteximus integram et bonam nostram disposicionem ad pacem et tranquilitatem regni prefati, quam ipsi oratores vestri et dominus cardinalis bene potuerunt declarare vestre fraternitati. demum subjungit *vestra fraternitas*, qualiter reverendissimus dominus cardinalis tamquam optimus sollicitator rerum, que ad pacem conferant, tamen *fraternitati vestre* contulerit de quadam dieta, presertim super festo purificationis inter nos personaliter celebranda, et assistentibus viris bonis et pacis zelatoribus, de mediis convenientibus pacis et aliis necessariis conferendi, ad que omnia videtur *vestra* fraternitas consentire, nos adhortans, ut super re illa *vestre* fraternitati intentionem nostram communicare vellemus. itaque non est nobis incognitum, quod quicquid ipse dominus cardinalis in his rebus cogitat atque perquirit, quod hoc plane tendit ad pacem et commodum regni prefati, quamvis sua paternitas nobiscum hic de illa via penitus nil contulerit et pleno mandato suffultos illuc velletis transmittere, cum quibus de communis concordie mediis possemus conferre, sicut et prestantes oratores vestros, episcopum Wacciensem et decanum Cracoviensem ad nos destinatos requisivimus et rogavimus, ut ipsi predicte vellent interesse diete, plenissimam habentes fiduciam, si illa dieta suum habuisset progressum et vestri interfuissent, quod absque aptis mediis pacis illinc non fuisset discessum nec per missionem oratorum vestrorum ad eam dietam expeditio illa bellica fuisset neglecta aut aliqua ex parte impedita, quia poterat unum fieri et alterum non omitti. sed quoniam illa dieta incassum transivit (nescimus ex cujus inductione) interpositio etiam nostra cessavit nichilominus tamen satis tunc oratoribus vestris prefatis apud nos existentibus ac demum eidem domino cardinali integram et bonam intentionem nostram ad communem prefati regni utilitatem et quietem deteximus, quam sicut percepimus, jam prefatus dominus cardinalis vestre *fraternitati* [1] exposuit et oratores predicti exponere potuerunt. subjungit exinde vestra *fraternitas*, qualiter idem dominus cardinalis tanquam optimus soli-

[1] *Schlick fügt ein:* in multis punctis.

Digitized by Google

quia nos qui, uti per prius sepenumero diximus atque scripsimus, accensi sumus laborare et agere ea, que ad pacem regni sepefati quomodolibet possunt deservire, libenter vellemus prefate diete pro tanto bono intendere, potissime ut notitiam domesticam *vestre* fraternitatis haberemus et affeccionem, quam ad *vestram* fraternitatem gerimus, coram possemus ostendere. sed sumus revera negotiis universalis ecclesie quamplurimum prepediti atque involuti, propter que cum sacri imperii electoribus et nacione nostra Germanica quasi prope illud tempus dietare habebimus, ita, quod de dieta illa, de qua dominus cardinalis dicit, vobis ad plenum nunc respondere et assentire non possumus, sicut libenter vellemus, sed dum *vestra* fraternitas de illa expeditione exercituali per dei gratiam feliciter reversa fuerit, extunc velit *vestra fraternitas* nobis hujusmodi vestrum reditum intimare. nos quoque in continenti mittemus ad *vestram fraternitatem* nuncios aut litteras nostras ad tractandum cum eadem *vestra* fraternitate de hujusmodi dieta et personali nostra conventione in locis convenientibus et aptis et ad laborandum sic sollicite, quod *vestra* fraternitas et omnes aperte cognoscent, pacem citator eorum, que ad pacem sunt, secum contulerit de quadam dieta et presertim in festo purificationis inter nos celebranda, ad quam personaliter ambo convenientes assistentibus viris bonis et pacis zelatoribus de modis componende[1] pacis et aliis necessariis conferremus, ad que omnia videtur vestra *fraternitas* consentire, nos adhortans, ut sibi super re illa nostram intentionem communicemus. ad quod respondentes nequaquam ambigimus, quin omnia ad pacem et quietem prefati regni pertineant, que predictus dominus cardinalis cogitat atque perquirit. perspectum nanque habemus ejus optimum zelum et ardens desiderium, quo ad commune bonum non solum dicti regni sed etiam totius Christianitatis incensus existit, quamvis sua *paternitas* nobiscum[2] dum hic erat nichil contulerit. et quia nos, qui ut antea sepenumero diximus atque scripsimus, pacem sepedicti regni totis desideramus affectibus et ad eam omni conatu cunctisque viribus laborare optamus, libenter[3] eidem vellemus interesse diete, tum propter tantum bonum quantum

---

[1] *Schlick fügt ein:* honeste. — [2] *Schlick fügt ein:* de facto talis dicte. — [3] *Ein folgendes* pro tanto bono *gestrichen.*

Digitized by Google

et quietem regni Hungarie nobis summopere cordi esse, interponendo nos tum ex officio cesaree dignitatis, cujus potissime interest ponere pacem in populo Christiano, tum quia utrique parti vinculo sanguinis et strictissima idempnitate conjuncti sumus, confidentes *vestre fraternitati*, quod eadem *vestra fraternitas* se ad talia honesta et justa media pacis sic disponet et inclinabit, prout etiam litera *vestre* fraternitatis laudabiliter repromittit, quod exinde apud deum mercedem et apud homines laudem et honorem cumulare possitis. est enim *vestra* fraternitas, utique nobis tali astricta glutinio, quod honorem et bonum vestrum libenter videremus. et quidquid intencionis vestre in hac re fuerit, hoc nobis vestra fraternitas quantocius rescribere poterit. datum.

exinde regno prefato posset retundare, tum [1] ut magis intrinsecam vestre fraternitatis haberemus notitiam et affectionem, quam ad eandem gerimus, coram possemus ostendere. sed sumus revera negotiis universalis ecclesie quam plurimum prepediti atque involuti, propter que cum sacri imperii electoribus nationeque nostra Germanica, quasi prope illud tempus, quod pro dieta supradicta notaveratis, conventum prelatorum, principum et communitatum tenere habemus, ita quod de dieta illa, de qua dominus cardinalis cogitaverat, nunc sicut libenter vellemus respondere ad plenum [2] non valemus. sed velit vestra *fraternitas* postquam per dei gratiam ex illa exercituali expeditione reversa fuerit, suum nobis reditum significare et nos e vestigio vel per nuntios vel per epistolas cum eadem vestra *fraternitate* de dieta hujusmodi et personali conventione in locis convenientibus et aptis facienda tractabimus et tam diligenter et accurate in hujusmodi negocio laborabimus, quod tam vestra *fraternitas* quam omnes alii aperte cognoscent, quietem, pacem ac prosperitatem prefati

[1] *Ein folgendes* potissime *gestrichen.* — [2] *Folgendes* et assentire *gestrichen.*

Digitized by Google

regni Ungharie nobis summopere cordi esse, interponendo nos tum ex debito[1] cesaree dignitatis, cujus proprium munus est concordiam inter Christianos populos procurare, tum quia utrique parti alto sanguinis vinculo et strictissima simus identitate conjuncti, confidentes, quod vestra *fraternitas* sicut per suas litteras laudabiliter repromittit, ad talia pacis media ac tam honesta et justa se disponet et inclinabit, quod exinde adeo mercedem merebitur et apud homines honorem et laudes cumulabit, quod eo libentius in vestra *fraternitate* videbimus, quo majori eidem necessitudinis nodo sumus astricti, cupientes quicquid super his vestre intentionis fuerit, per vestras litteras quantotius effici certiores. datum.

XXVIII.

Kaspar Schlick an den Kardinal Giuliano Cesarini;[a] [Wien, ca. Ende Juli 1443]. Ist gerne bereit, für den Frieden tätig zu sein. Klagt über die beständigen Räubereien, namentlich des Pankraz, denen gegenüber der König von Polen ohnmächtig zu sein scheine, so daß Schlick genötigt sein werde, zur Selbsthilfe zu greifen. Über die Angelegenheit des Palatins werde der König Nachforschungen anstellen lassen.

Aus dem Originalkonzept des Eneas Silvius mit Korrekturen des Kanzlers Schlick im k. u. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv Wien (gedruckt bei Chmel: Materialien I, 117).*

---

[1] *Ursprünglich:* officio.

[a] *Weder der Absender noch der Adressat sind im Konzept genannt; doch ergeben sich beide mit Sicherheit aus seinem Inhalte.*

Digitized by Google

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime.

Hortatur me *reverendissima* vestra *paternitas* suis litteris, ut ad pacem et bonam concordiam pro meis viribus laborem, ex quibus rebus et privata simul et publica commoda proventura ostendit. ego, quantum boni in pace sit et quantum in bello detrimenti non ignoro, qui utrumque in meis dominiis sum expertus, libenterque patior ad hec commoveri, que mea sponte soleo promovere. nec latet vestram reverendissimam *paternitatem*, quantum ego ad quietem anhelem, qui meum animum, dum hic essetis, multis eidem signis declaravi, plura aperiens media, ex quibus hi serenissimi Romanorum et Polonie reges perpetuam possent inter se intelligentiam et benivolentiam custodire. nec aliud usque in hanc diem ferventius apud hos Australes barones suadere conatus sum quam concordiam, profuisseque verba aliquantulum mea non ambigo in regno quoque Ungharie, ubi, quemadmodum scitis, dominia habeo non parva. durantibus his differentiis, que adhuc vigent, nunquam ad istam vel illam partem inclinavi, sed tam vivente clare memorie domina regina Elizabeth, quam postea indifferens fui, expectans semper, quod regnum illud pacificaretur, et, ne implicarer bellis, passus sum meos subditos exactiones persolvere, pacem redimere et omnia prius tollerare, quam guerram. verum nescio, quomodo id fiat, ut, quanto magis ad pacem laboro, tanto majora dampna super me ruant. nam quo humanior sum et benignior, eo damnosior meis subditis fio et mihi ipsi. et ut preteream vetera, que Pancratius in subditos meos fecit, exactiones quas habuit, predas quas duxit et incendia que fecit,[1] novissime idem cum pluribus equitibus ac peditibus dominia mea ingressus multa[2] flammis ferroque vastans ecclesiam cujusdam opidi[3] mei exussit et quod castrum meum ambit,[4] minatus est iterum se velle reverti majorique vi illud[5] oppugnare. hi sunt pacis, quam promoveo, fructus, he mei laboris retributiones, hec, quod nunquam fieri putavi, premia dantur his, qui concordie student. doleo quippe super his, reverendissime pater, non tantum mei causa sed sub-

---

[1] incendia que fecit *Schlicks Korrektur für ursprüngliches* villas quas incendit. — [2] *Schlick für ursprüngliches* omnia. — [3] cujusdam oppidi *Korrektur Schlicks für ursprüngliches* castri. — [4] quod — ambit *Schlicks Korrektur für ursprüngliches* nixusque est castrum expugnare, quia id obtinere non potuit. — [5] *Korrektur Schlicks für* castrum.

Digitized by Google

ditorum meorum, quorum calamitatibus compatior et quia dominatio *vestra* reverendissima dicit, prefatum regem Polonie jam scripsisse et providisse, ne talia fierent, miror cur hoc novissime sit contra me factum, qui nulli noceo. et si diceretur quod ego non essem Australis vel Stirensis, sed incola regni, hoc est verum. sed sum incola non partialis et domino regi Romanorum sic deditus et in bono pacis laborans, quod de factis meis cum aliis non est habendum par judicium, unde vellem, quod *dominatio vestra* faceret scribi per *dominum* regem Pangratio, quod me non impediret nec gravaret et abstineret ab offensa mea et meorum.[1] unde si provisiones dicti domini regis Polonie non prosunt, necessarium est, quod ego alias aggrediar vias, quoniam tolerare amplius tot meorum miserias nequeo. nec deest modus providendi et consulendi mihi et meis. commodius tamen mihi videbatur ad pacem et concordiam conservandam, eundem Polonie regem his obviasse. sed si ipse non potest, quia sibi fortasse non obeditur, nichil est, quod ab eo sit amplius exigendum. sed hoc utique facere dispono, ut si ego, qui pro communi pace laboro, pace uti non possum, volo procurare, ut alii illa etiam non gaudeant.[2] super his, que ipse rex Polonie majestati regie scripsit[a] et que etiam vestra reverendissima *paternitas* significavit, per litteras regias satis respondetur, ideo in illis non me extendo, nisi quod conatus sum, *dominum* regem inducere, ut suaviter et pulchre scriberet et responderet, quemadmodum factum est, quamvis majestas sua propter offensam civitatis sue Sopraniensis et meam furiosi esset animi. ideo procuret *vestra reverendissima paternitas*, quod citius habeatur super premissis responsio et provisio, quia alias dubito, ne aliqua novitas oriatur. vere, vere, reverendissime pater, nimis provocamur et nimis sufferimus. si non esset color passagii, quod impedire dominus rex non vellet, dudum sensissetis resistentiam et forte satis robustam.[3]

De facto matrimonii[b] non est cogitandum, nisi ille conditiones, *vestre reverendissime* paternitati note, habeant locum

---

[1] et si diceretur — meorum *von Schlick eingeschoben.* — [2] sed hoc — gaudeant *von Schlick eingeschoben.* — [3] nisi quod *bis zum Schluß des Absatzes von Schlick am Rande hinzugefügt.*

[a] *In seinem Briefe vom 28. Juni (Chmel, Materialien I, 111).* — [b] *Der Plan, K. Wladislaw mit der Prinzessin Anna zu vermählen, war ein Lieblingsgedanke des Kardinals.*

Digitized by Google

suum. sed timeo, quod non poterit differri usque ad dietam conventionis futuram istorum regum, cum majestas regia aliunde satis sollicitetur. bonum esset, quod in tempore provideret *vestra reverendissima paternitas*. hec scribo, ut postea non inculpentur aliqui, qui negotium tractant.

De factis magnifici domini palatini Ungharie allocutus sum dominum nostrum regem, qui est in Balneis, nam eo profectus sum. majestas regia intendit super illis scrutinium habere et postmodum plene respondebit. alia non sunt scriptu digna, nisi quod ex Italia intelleximus, Bononiam ex consuetudine sua motum fecisse, et capto Francisco Picenino rebelasse jamque ibi obsidionem esse per Nicolaum positam. valeat reverendissima vestra *paternitas*, cui me humiliter recommendo.

Ex Vienna.

XXIX.

K. Friedrich an den Palatin von Ungarn, Lorenz von Hederváry; Wien, [Ende Juli] 1443. Ist über die günstigen Nachrichten vom Kampfe gegen die Türken erfreut. Hört mit Bedauern die Klagen über die Hauptleute von Raab und wird dagegen tun, was möglich ist.

Aus clm. 12725, Bl. 162 und Chigi JVI, 208, Bl. 85 mit des Eneas Bemerkung* dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XVIII).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus etc. Laurentio palatino Hungarie, viro magnifico sinceroque nobis dilecto, gratiam regiam et omne bonum.[1]

Audivimus leto animo felices novitates, quas nobis de conflictu Teucrorum significasti, tum quod successus serenissimi principis regis Polonie, fratris nostri carissimi, libenter intelligimus, tum quod nichil nobis magis cordi est, quam fidei Christiane cultores prosperari emulosque dispergi. congaudemus etiam illi inclito Hungarie regno et suis incolis, quod eorum hostes comprimantur, sperantes, hoc preludium per te nobis expositum auspicium esse future alicujus magne victorie, quam rex celestis, in cujus manu sunt terrena regna, pro bono Hungarie ac totius Christianitatis et orthodoxe fidei concedere velit. intelleximus insuper querimoniam tuam, quam de capitaneis Jaurinensibus

[1] *Die Adresse fehlt clm.*

Digitized by Google

facis et quidem dolemus, quod vel tibi vel alicui alteri injuria fiat, quia nichil magis cupimus, quam inter omnes bonam pacem et stabilem vigere concordiam. recipiemus[1] tamen super re tua scrutinium et quicquid cum honestate poterimus,[2] libenter tuo faciemus intuitu, quoniam nec ex tua nec ex aliquorum jactura gaudemus, sed unicuique quod suum est servari illesum optamus. datum Vienne.[3]

XXX.

Kaspar Schlick an Papst Eugen; Wr.-Neustadt, 16. August 1443. Bittet für seinen Bruder Heinrich um den erledigten Freisinger Bischofsstuhl.

Aus Chigi J VI, 208, Bl. 39 mit der Randbemerkung des Eneas: dimitte *und clm. 12725, Bl. 125;° gedruckt bei Voigt: Enea Silvio de' Piccolomini I, 447.*

Beatissime pater et clementissime domine post devota pedum oscula beatorum.[4] obiit nudius tertius reverendissimus pater, dominus N*icodemus*[5] episcopus Frisingensis, qua re cognita regia majestas animum suum in germanum meum, dominum Henricum, *prepositum Boleslaviensem*[6] direxit, dicens illum omnino velle in episcopum Frisingensem assumi ac propterea urgentissimas litteras canonicis et capitulo ipsius ecclesie Frisingensis scripsit, ipsos obnixe adhortans, ut fratrem meum eligant et puto, quod sibi mos geretur, cum plurima castra et omnia fere bona illius ecclesie sint in dominiis Austrie et jam rex castra ipsa ad manus suas receperit in favorem fratris mei, ut, si ipse eligatur, mox sibi assignentur. itaque non essent prudentes illi canonici, electionem facere preter mentem regie majestatis, quoniam ecclesie non bene succederet nec electo per eos. quia tamen ubi plura sunt capita, plures sententie sunt, et incertus est futurorum eventus, memor ego promissionum

---

[1] clm. recepimus. — [2] clm. potuerimus. — [3] *Ort und Datum fehlt clm., während Chigi den Brief vom 20. Oktober datiert. Das kann nicht richtig sein, da der Brief Schlicks an den Kardinal Julian vom 31. August, welches Datum sicher ist, bereits die Ergebnisse der Nachforschung des Königs in der Raaber Angelegenheit mitteilt; der Brief füllt also vor dieses Datum und ist gleichzeitig mit Nr. XXIV, XXV und XXVII, die das gleiche Thema berühren.* — [4] *Fehlt clm.* — [5] *Der Name fehlt in Chigi ganz und ist im clm. durch ein N. angedeutet.* — [6] *Fehlt im clm.; in Chigi durch ein etc. angedeutet.*

Digitized by Google

vestre sanctitatis mihi sepe factarum, statui ad pedes vestre clementie etiam in hoc casu recurrere eique supplicare, ut, quod verbis aliquando promissum est, jam factis impleatur. scit enim vestra beatitudo, quotiens mihi dixerit, quod adveniente casu libentissime fratrem meum ad aliquam cathedralem promoveret ecclesiam. ecce, quia jam casus se obtulit, jam facultas datur, jam potestas adest, per quam facillime adimpleri potest desiderium vestre sanctitatis. vacat hec Frisingensis ecclesia. rex, in cujus dominiis bona ipsius sunt, fratrem meum et nullum alium exposcit. hec est via patens et apertissima, per quam potestis promissionibus facta referre. ego non dubito, quin vestra beatitudo nunc adimpleat, quod alias promisit, et faciat, quod ego perpetuis temporibus sim obligatus pro statu et honore suo laborare, prout in animo gero et prout ego et fratres mei semper fecimus, qui in his ecclesie turbinibus nunquam a devotione vestre sanctitatis recessimus. fuimus enim sanctitati vestre sedulo affecti et dediti, et sic sumus nec animum nostrum aliqua poterit adversitas perturbare. sed quanto beatitudini vestre sumus fideliores, tanto rationabilius est, ut nostri magis recordemini nobisque benefaciatis. ex Novacivitate, die 16.[1] augusti anno etc. 43.

Ejusdem sanctitatis

devotus filius Gaspar Sligk
cancellarius.

XXXI.*

Kaspar Schlick an einen Kardinal; [Wr.-Neustadt, ca. 20. August 1443]. Bittet ihn in der Angelegenheit seines Bruders Heinrich um seine Unterstützung beim Papste.

Aus clm. 12725, Bl. 124.

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime post humilem recommendationem.

Non fugit p*aternitatem* vestram reverendissimam, quotiens sanctissimus d*ominus* noster mihi promiserit libenter velle se

[1] *Chigi hat* 15; *clm. fehlt das Datum, ebenso auch die Unterschrift; das richtige Datum ergibt sich aus dem Sterbetage des Bischofs, dem 13. August; drei Tage später wurde der Brief geschrieben.*

Digitized by Google

fratri meo egregie providere, adveniente casu *si*[1] aliquando cathedralis vacaret ecclesia. ideo ego nunc recurro ad vestram *reverendissimam paternitatem*, ut eundem *sanctissimum dominum* nostrum ad observationem promissorum velitis inducere, quia facultas jam se obtulit, in qua sua sanctitas potest, quod aliquando promisit, adimplere. vacat enim in presentiarum ecclesia Frisingensis, quia reverendus pater dominus *Nicodemus* illius episcopus, diem clausit extremum et regia majestas ad fratrem meum, dominum *Henricum*, prepositum Boleslaviensem, apostolice sedis protonotarium, et nullum alium est inclinata ipsumque omnino vult ad ipsam ecclesiam promoveri ac propterea in favorem ejus urgentissimas litteras dominis de capitulo et principibus *Bavarie* scripsit, postulans, ut hunc unum eligerent et nullum alium et putat regia majestas, quod sibi in hac re merito mos geratur, quoniam, sicut scitis, prelati eligi debent, qui sint principibus grati, in quorum territoriis sunt ecclesie. ipsa autem Frisingensis ecclesia plura castra et fere omnia bona sua habet in dominiis Austrie, etc. et quippe regia majestas quodammodo certa est sibi debere capitulum annuere ac propterea non scribit *sanctissimo domino* nostro simulque pendente neutralitate timet[2] displicere *dominis* electoribus. ego autem considero, quod ubi plura sunt capita plures sunt voluntates et primum dubito, electionem fieri concordem, quod raro solet contingere. scio preterea *dominum Johannem* Grün*walder*, quem[3] domini Basileenses assumserunt in cardinalem sub titulo sancti Martini et *qui*[4] multum aspirat ad dictam ecclesiam, omni conatu instaturum, tum per viam electionis tum per provisionem Basiliensem, ut illi ecclesie preficiatur, cui nec favores desunt propter ducem Austrie, cujus patruus naturalis reputatur. ideo mihi visum est ad *sanctissimum dominum* nostrum fore recurrendum, ut sua sanctitas preveniat conatus indicti domini Johannis *et*[4] fratrem meum promoveat, in qua re plurima bona faciet. complacebit enim in primis regie majestati, que fratrem meum omnino desiderat, adimplebit promissiones mihi aliquando factas, servitori suo fideli et optimo[5] proderit, me ad laborandum pro statu et honore sue *sanctitatis* semper promptum et paratum promtiorem et paratiorem reddet, provisionem faciet,

---

[1] *Cod.* quod. — [2] *Cod.* timetque. — [3] *Cod.* que. — [4] *Fehlt im Cod.* — [5] *Cod.* optime.

Digitized by Google

que in hoc turbine etc. et ultimo providebit, ne adversarius magnus sue *sanctitatis* exaltetur neve suorum inimicorum provisio sortiatur effectum. quas res supplico, ut vestra *reverendissima paternitas* considerare velit ac *sanctissimum* dominum nostrum accedere ipsum exorando, ut motu proprio germanum meum ad predictam Frisingensem ecclesiam velit promovere suorumque promissorum nunc cum tempus adest reminisci, ut ego et mei omnes, qui semper fidelissimi sue sanctitati fuimus et erimus vita comite, dicere possimus,[1] gratissimo domino nos servivisse et ad majora prestanda obsequia fortius invitemur, que si vestra *reverendissima paternitas* prout spero eidem *sanctissimo* domino nostro vivaciter exposuerit, non ambigo, quin voti mei compos fiam. vos ergo velitis agere, sicut de vestra reverendissima *paternitate* confido et sicut ego apud hunc serenissimum *dominum regem* pro vobis facerem, si necessitas incumberet. datum.

XXXII.*

Kaspar Schlick an einen Kardinal; Wr.-Neustadt, [ca. 20. August 1443]. Bittet um seine Unterstützung beim Papste, damit sein Bruder Heinrich das Bistum Freising erhalte.

Aus clm. 12725, Bl. 124.

Reverendissime pater et domine amice carissime.

Ego semper spem habui, quod adveniente aliquo casu multum mihi possetis apud *sanctissimum* dominum nostrum prodesse. vidi enim quod mè amabatis quodque libentissime rem mihi gratissimam faceretis. sed adest jam tempus, quo vestrum pariter et meum potestis adimplere desiderium. vacat enim in presentiarum *Frisingensis*[2] ecclesia per mortem domini *Nicodemi* de *Lascala*, ejus episcopi, qui per hos dies migravit ad patres. regia majestas multum cupit, quod frater meus dominus *Henricus* eidem preficiatur jamque pro eo efficacissimas litteras capitulo scripsit, postulans, ut hic unus eligatur, et habet urgentissimas causas, propter quas exaudiri debet. quicunque enim est episcopus *Frisingensis*,[2] consiliarius est dominorum Austrie ducum, nam illa ecclesia majorem partem bono-

[1] *Cod.* possumus. — [2] *Der Codex hat an Stelle des Namens nur den Buchstaben* n.

Digitized by Google

rum suorum habet in ipsorum dominiis. est propterea princeps imperii, a quo feudum investiturasque suscipit, unde et[1] rex noster duplicem gerat personam et regis Romanorum et ducum. digna res est, ut persona sibi digna illum assequatur episcopatum nec propterea sustineret sua majestas, quod castra, que jam in manu habet et sunt in locis ambiguis, ad insidiosas[2] sibi manus pervenirent, unde putat omnino sibi capitulum complaciturum etc. ego autem intelligens, quod *dominus Johannes*, quem domini Basilienses *providerunt*[3] hanc ecclesiam magnopere quesiturus est, tum per viam[4] electionis tum per viam[4] provisionis Basiliensium, cupiens ejus prevenire calliditates serenissimo domino nostro scribo, supplicans, ut prefato fratri meo dictam ecclesiam motu proprio conferat, vel ut rectius loquar, fratrem meum illi preficiat, et puto, quod sua *sanctitas* non erit precibus meis surda attentis promissionibus, quas mihi multotiens fecit et servitiis meis sibi impensis et que possum dietim impendere in hoc turbine fluctuantis ecclesie. verum, quia magni domini indigent sollicitatore et ut dicam vexatore, qui oportune et importune instet, opus est mihi solicitudine, cura et studio vestro, ut vos ille sitis, qui *sanctissimum* dominum nostrum die noctuque vexetis, donec petitiones meas exaudiat et in hac re tum mee tum vestre satisfaciat voluntati, ad quam rem hortarer vos pluribus verbis, nisi viderer amicitie nostre diffidere. amanti enim et intelligenti solum indicasse sufficit, quod opus est. illud dumtaxat adiciam, quod sanctissimi domini nostri maxime interest, hanc provisionem facere pro fratre meo. nam ut omittam, quod regie majestati plurimum complacebit, quod promissiones adimplebit, quod personis gratis et de se meritis proderit, illud maxime providendum est, quod durante neutralitate provisio sue sanctitatis in dominiis regiis locum habeat. nam per hoc multum favoris sue curie accrescet et major concursus ex Germania ad suam *sanctitatem* habebitur, sicque paulatim per indirectum neutralitas abolebitur, impedietur etiam provisio dominorum Basiliensium, quos non dubito in hac re manus apposituros ad instantiam dicti domini *Johannis*, qui cum sit *sanctissimi* domini nostri magnus adversarius, si hanc ecclesiam adipisceretur, multa mala faceret et sanctissimo domino nostro ac statui suo plurimum noceret. sed omnibus his per

[1] *Cod.* cum. — [2] *Cod.* insidias. — [3] *Cod.* nur etc. — [4] *Cod.* vim.

Digitized by Google

provisionem fratris mei obviabitur, attenta regie majestatis erga ipsum voluntate. ideo velitis vos super his vestram ostendere diligentiam et taliter operari, quod preces mee sortiantur effectum, sicut absque dubio sortientur, si vos, quemadmodum spero, curas ac[1] solicitudines et diligentias vestras in hanc rem contuleritis. recommendetis me reverendissimo domino meo A.,[2] quem in hac re omnino adjutorem habeatis. scripsissem *paternitati* sue, sed festinantia nuntii non permisit. scripsi etiam dominis meis a. b. c. et aliis, quos scio promotores et dominos meos singulares. ex Nova *civitate.*

XXXIII.*

K. Friedrich an einen italienischen Fürsten; [Wr.-Neustadt, ca. 20. August 1443]. Dankt ihm für seine Bereitwilligkeit [das Konzil zu beschicken] und für die Nachrichten aus Italien.

Aus clm. 12725, Bl. 186.

Recepimus litteras tuas, nostris quas super rebus ecclesie tibi direximus respondentes contentique sumus, intentionis tue sinceritate perspecta, qui ut Catholicum decet principem ad ea, que dei sunt promptum te exhibes et affectum. simulque tibi gratias agimus pro novitatibus Italie, quas per magnificum cancellarium nostrum significari nobis fecisti. intelligimus enim libenter uniuscujusque provincie quomodo se negotia habent. et presertim Italie, que sacri imperii origo et fundamentum existit. hortamur itaque, ut nos sepe de condicionibus illarum partium efficias certiores, sive bone sint sive male, quia ad rei publice gubernationem salubriter regendam utrumque cognoscere necessarium est. nos autem ad honorem et commodum tuum semper affectos invenies et ita volumus, tibi esse suasum.

XXXIV.*

K. Friedrich an einen Fürsten; [Wiener-Neustadt, ca. 20. August 1443]. Dankt ihm für seine Bereitwilligkeit, das Konzil zu beschicken, wird ihm näheres nach dem Nürnberger Tage mitteilen.

Aus clm. 12725, Bl. 167.

Grate nuper fuerunt littere tue 22. julii date, quibus super factis sancte matris ecclesie juxta desiderium et hortatum

[1] *Korrigiert aus* et. — [2] *Vielleicht ist damit der* cardinalis Arelatensis, Louis d'Aleman *gemeint.*

Digitized by Google

nostrum respondisti. ex illis enim percepimus, te ut verum Christi fidelem ad pacem et quietem ecclesie tota mente anhelare velleque juxta nostram requisicionem ad concilium, pro unione ipsius ecclesie congregandum, postquam indictum fuerit, et tuos oratores mittere et omnia promptissime facere, que tuis debito et honori spectare dinoscas. facis sane, ut te decet et tue convenit dignitati, nam sicut de tua sinceritate speravimus ita responsum misisti, et te et tua probitate dignum. reliquum est, ut in hoc tuo proposito perseveres, donec res ad calcem deducatur, quia et nos etiam usque ad finem laborare intendimus et, quemadmodum tue sinceritati scripsimus, sic etiam per nostras litteras universos reges et principes Christianitatis ac plurimas communitates et universitates generalium studiorum sumus exhortati, ut nobiscum concurrant et confidimus in domino, cujus res agitur, quia nichil aliud querimus quam dei honorem et pacem ac salutem populi Christiani, qui propter presentis ruinam scismatis nimium conflictatur, pergratas ab omnibus, sicut a te recepimus, obtinere responsiones, quibus habitis in die Nurembergensi, ad festum sancti Martini jam indicta, cum venerabilibus et illustribus tam electoribus quam aliis sacri imperii principibus de modo indicendi prefatum concilium et unionem tractandi predictam concludemus tibique et aliis, quorum assistentiam habuerimus, e vestigio significabimus, ut et tu et ipsi ad perfectionem hujusmodi saluberrime unionis et pacis ecclesiastice nobiscum quam celerrime concurratis.

XXXV.

Herzog Sigismund an K. Karl von Frankreich; Wr.-Neustadt, 21. August 1443. Unterstützt die Bitte K. Friedrichs, dem armagnakischen Kriegsvolk den Ausmarsch zu gestatten.

Aus Chigi JVI, 208, Bl. 14, mit des Eneas Bemerkung: dimitte, *gedruckt bei Cugnoni Nr. VII; und clm. 12725 Bl. 169v verglichen mit dem Druck bei Schöpflin:* Alsatia diplomatica *672.*[a]

Serenissimo ac christianissimo principi et domino, domino Karolo dei gratia Francorum regi, patri et socero nostro hono-

[a] *In deutscher Fassung findet sich dieser und der folgende Brief im Urkundenbuch der Stadt Basel VII, 58—60.*

Digitized by Google

rando atque carissimo, Sigismundus eadem gratia dux Austrie, Stirie, Karinthie et[1] Carniole comesque Tirolis etc. salutem et filialis affectionis votivum incrementum.

Intelliget vestra serenitas ex litteris invictissimi principis domini regis Romanorum,[2] patruelis et domini nostri serenissimi, quomodo efferatus populus Suicensis, omni modestie freno ac equitatis vinculo postergato, adversus Turicum, civitatem imperialem, et plurima domus Australis dominia insurrexerit, injurias infinitas et dampna innumerabilia facientes, quomodoque timor est, ne plures vicine gentes, exemplo commote malo, ei sese conjungant, ut sepe videmus contingere, quod sceleratis non desunt sceleratorum subsidia. sed cum iniquorum hominum inter se vires jungantur, multo magis conveniens est, justos principes invicem sibi compati, consilia dare et auxilia prebere oportuna, et eos presertim, quos alti sanguinis et generose nobilitatis conformitas jungit. accedit ad hoc comunis utilitatis[3] causa.[4] permitti[4] namque in dominos surgere subditos et indecorum est et periculosum omnibus regibus. existimat enim sibi quisque licere, quod in aliis puniri non videt. ea propter cum serenissimus dominus, rex Romanorum prefatus, et nos, rebus quibuscunque postpositis, subditis nostris auxilio esse, rebellibus resistere ac punitionem prebere adjuvante deo prope dies intendamus, serenitatem vestram, tum nobilitatis intuitu, tum propter comunem utilitatem, tum propter sanguinis conjunctionem et affectum, quem in nobis geritis, rogatam obnixe facimus, ut juxta predictas litteras, si contingat, Armeniacorum nos subsidia postulare, libenti eos animo gratoque vultu ad partes nostras sub debito pactu nostro[5] venire non solum permittatis, sed et mandetis et hortationibus quibuscunque necessariis inducatis, scientes, quia complacentiam singularem regi prefato et nobis, filio vestro, gratiam maximam exhibebitis. datum in Novacivitate, die 21. mensis augusti, anno domini etc. 43.[6]

XXXVI.

K. Friedrich an K. Karl von Frankreich; Wr.-Neustadt, 22. August 1443. Über die Angriffe der Schweizer gegen Zürich

[1] *Fehlt bei Schöpflin.* — [2] *Sch.:* Romanorum regis. — [3] *Sch. und clm.:* utilitas. — [4] *Fehlt bei Sch.* — [5] *Ch.:* stipendio debito. — [6] *Chigi hat nur* Datum, *alles andere fehlt; ebenso clm.*

Digitized by Google

mit der Bitte, den Armagnaken, falls er sie anwerben sollte, den Durchzug durch französisches Gebiet zu gestatten.

Aus clm. 12725, Bl. 169ᵛ und Schöpflin: Alsatia diplomatica II, 871; auch im clm. 14184, Bl. 128.

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus, Austrie etc. dux, serenissimo principi Karolo eadem gratia regi Francorum, fratri nostro carissimo, salutem et fraterne dilectionis augmentum.

Serenissime princeps, frater carissime.[1] etsi Suicensium injurias nobis et imperio sacro nuper illatas non multi pendamus, quoniam ad compescendam eorum audaciam nec animus nobis nec potentia deest, ut tamen intelligat fraternitas vestra, nos in eadem habere fiduciam, insolentias, quibus illi utuntur, breviter exponemus, deinde, quid petamus aut quid fieri per vestram optemus serenitatem, mox subjungemus. eo nanque furor illorum progressus est, ut non solum domus nostre Australis dominia rapinis incendiisque vastare, sed ipsam quoque nostram et imperii sacri civitatem Turicensem armis impetere crudelique bello vexare non erubuerint, quamquam Turicenses ipsi, si quid cause adversus eos Suicenses habuissent, coram quibuscunque communitatibus et principibus stare juri sese offerrent. sed illi, plus virium quam justitie se habere scientes, in campo potius quam in foro contendere voluerunt, sumentesque ferrum gravia dampna tum subditis Austrie, tum ipsis Turicensibus intulerunt. incendentes nanque agros villasque subvertentes nec ab ipsis sacris dei templis manus subduxerunt sed et veneranda monachorum cenobia, per agros constituta, sacrarumque virginum monasteria incenderunt multumque humani sanguinis, dum sepius nostros adhoriuntur, effuderunt, quamquam et ipsis omnis cruenta et lugubris victoria fuerit. nec enim patitur pius deus, illorum conatibus semper prosperum adesse successum, qui justitie terminis postergatis adversus proprios dominos cornua erigunt. sicut Suicenses ipsi, qui relicta domo Australi, cujus erant subditi, imperium quoque, sub cujus umbra in libertatem se vendicaverant, lacessere non verentur. hii nunc, quia non omnia ex sententia eis succedunt sed nephariis sepe frustrantur optatis, circumvicinas gentes in auxilium advocant, quas sibi federibus colligarunt, ex quibus nonnulle sunt, que licet adversus supe-

[1] *Dem clm. fehlt Adresse und Anrede.*

Digitized by Google

riores nullis se sciant posse vinculis obligari, libenter tamen eis junguntur, ut rapere aliquid et vivere ex alieno possint. displicere ista vestre fraternitati non dubitamus, cum propter sanguinis conjunctionem, qua nostre domus sunt connexe, tum propter exemplum comune, quod omnes principes tangit, surgentibus in dominos servis et villanis in nobiles superbientibus, nec ambigimus, quin tales ausus libenter audire conpressos desideret.[1] ea propter, cum nos intendamus ad superiores Almanie partes ascendere omnemque operam impertiri, ut cum fidelibus imperii principibus et communitatibus rebellionem Suicensium cum auxilio dei compescamus, quia fortasse continget, ut societatem illam Armeniacorum in vestris dominiis militantem sub convenientibus pactis ad nostra subsidia devocemus,[2] jam ex nunc serenitatem vestram efficimus exoratam,[3] ut in tali casu gratam eisdem Armeniacis licentiam et liberum transitum, si opus fuerit, impertiri velitis, sicut de vestra erga nos caritate et affectione confidimus. per[4] hunc enim modum et nobis et genero vestro, illustri patrueli nostro duci Sigismundo, magno presidio eritis et ad restringendum incendium, quod cum dampno non modico omnium regum crescere possit, desiderium nostrum plurimum adjuvabitis. datum in Novacivitate,[5] die 22. augusti anno domini etc. 43, regno vero nostri anno 4. ad mandatum domini nostri regis, domino Gasparo cancellario referente, Eneas Silvius.

XXXVII.

Kaspar Schlick an Kardinal Giuliano Cesarini; Wr.-Neustadt, 31. August 1443. Über Pankraz von Sct. Miklos, und die Unbill, die dem Palatin Laurenz von Hederváry durch die Hauptleute von Raab widerfahren, gegen die sich aber im Augenblicke nichts tun lasse. Die Würde eines Pfalzgrafen für Alberto de Bonacossis sei gegenwärtig vom König nicht zu erhalten. Äußert sich pessimistisch über das Landheer und die Flotte im bevorstehenden Türkenzuge.

Aus cod. Nr. 42, Bl. 33—4 der Universitätsbibliothek in Krakau (gedruckt in Lewicki: Codex epistolaris II, S. 440—3), clm. 12725, Bl. 46, und Chigi JVI, 208, Bl. 23 mit des Eneas Bemerkung: dimitte.

---

[1] *Schöpflin:* desideretis. — [2] *Sch.:* denotemus. — [3] *clm.:* exortatam. — [4] *clm. hat* post. — [5] *clm. hat nur:* Datum in No., *alles übrige fehlt.*

Digitized by Google

Reverendissime in Christo pater, domine mi colendissime.[1] Scribit mihi crebro vestra reverendissima paternitas,[2] et in[3] omnibus quidem litteris humanius, nunc seria nunc jocos interserendo, quibus ita oblector, ut sepe, fastidiis curie stomacatus, earum lectione recreer et illarum presertim, que penultime apud me sunt, quibus nunc paucis respondebo, primumque res graves attingam, post si videbitur, satisfaciam salibus. tria sunt, que pondus habent majus: primum est, quod in factis meis actum scribitis,[4] tum de donatione[5] Scole revocata, tum de verbis Pancratio factis. pro quibus rebus gratias agerem paternitati vestre reverendissime,[6] ex cujus hec officina[7] prodisse non ambigo, nisi jus benivolentie violare viderer, que gratias non verbis sed factis rependi vult. scio preterea paternitatem vestram reverendissimam[8] altiorem expectare mercedem, quam ego possim[9] referre. nam cum rem dei agatis,[10] in eo quoque spem vestram[11] jactam esse quis dubitet? hoc enim[12] sapientes faciunt, quorum extra numerum paternitatem vestram nemo[13] ponit. agnosco ego, quia prudenter cogitatis facitisque,[14] spem in domino reponentes.[15] ille nanque abunde retribuit nec ullum frustratur premio virtutis. non tamen idcirco immemorem esse me decet erga paternitatem vestram reverendissimam,[16] cujus affectum magis pendo quam rem, cum Pancratius juxta opinatum meum nichil egerit, ex quo sperare possim subditorum meorum levamen, nec confido, quod demolitio operis fiat, super fundo meo constructi, quamvis donationis revocatio precesserit. sed magnifacio, animum vestrum[17] ad petitiones meas invenisse promtissimum.[18] secundum est, quod littere[19] vestre[20] deposcunt, ut apud regiam majestatem supplex sim in favorem magnifici domini palatini impetremque

---

[1] *Eneas streicht, wie immer, die Anrede des Originals im cod. Chigi durch und setzt an die Spitze des Briefes die Adresse:* Gaspar Sligk cancellarius imperialis *salutem plurimam dicit* Juliano cardinali sancti angeli, apostolice sedis legato. — [2] *E I* tua dignitas. — [3] et in *fehlt im Krakauer (K) Kodex.* — [4] *E I* scribis. — [5] *K.* novatione. — [6] *E I* agerem tibi. — [7] *K.* officio. — [8] *E I* tuam dignitatem. — [9] *Ch. und clm.* possum. — [10] *E I* agas. — [11] *E I* tuam. — [12] *Fehlt Ch.* — [13] *E I* nemo te. — [14] *E I* cogitas facisque. — [15] *E I* reponens. — [16] *E I* paternitatem tuam; reverendissimam *gestrichen.* — [17] *E I* tuum. — [18] *E I streicht den Satz* cum — promptissimum *und fügt am Rande dafür ein:* nec subditis meis aliquod levamen permiserat nec sperandum fit, *was er später gleichfalls streicht.* — [19] *Fehlt K.* — [20] *E I* tue.

Digitized by Google

litteras[1] ad capitaneos Jaurinenses,[2] ne molestiam illi[3] in suis possessionibus inferant, ipsumque et[4] fuisse et esse amicum meum[5] significatis[6] et primo loco apud serenissimum[7] Polonie regem haberi, multumque expedire putatis[8] ad pacem Hungarie pertractandam sibi complaceri, cum navis hic clavum regat et[5] quo velit ratem impellat. sororia his verba majestati regie scribitis.[9] ego, reverendissime pater,[10] fateor, postquam novi dominum[11] palatinum, res jam est vetusta, me ejus semper[12] virtuti fuisse[13] affectum illumque fratris loco et amasse et complexum fuisse. nec ab hoc animo sum alienus, memor et suorum erga me meritorum nec meorum erga ipsum oblitus. itaque pronus sum desideriis ejus, quoad possim[14] parere, ac eam ob causam regiam majestatem super re sua non communibus verbis sed quibus promoveri res amici solet sum allocutus[15] nec majestatem ipsam abhorrentem inveni sed avidam tum palatini commodis subvenire,[16] tum vestris[17] precibus annuere ideoque accersitis mox Jaurinensibus quibusdam, qui forte aderant, scrutinium super negotio illo habuit reperitque, non posse se de rebus, quas poscitis[18] ad presens intromittere. sed non cessabo conflare opem et operam, ut aliquid faciam, quod sibi sit ad vota venturum. sed oportet, quod talia, que jam sunt vetustate intrita, per bonos mores adaptentur.[19] quod si rem meam cum

---

[1] *E I streicht* sim — litteras *und setzt dafür* litteras impetrem. — [2] *Ch.* ad capitaneum Jaurinensem. — [3] *E I* comiti Palatino. — [4] *Fehlt Ch.* — [5] *Fehlt K.* — [6] *E I* significas. — [7] *Ch.* serenissimum dominum; *E I streicht* dominum. — [8] *E I* putas. — [9] *E I* scribis. — [10] *E I* ego tibi. — [11] *E I gestrichen.* — [12] *Ch. und clm.* semper ejus. — [13] *K.* esse. — [14] *K.* possum. — [15] ac—allocutus *fehlt K.* — [16] *Fehlt Ch.* — [17] *E I* tuis. — [18] *E I* poscis. — [19] *Die Sätze* sed non — adaptentur *fehlen Ch., der dafür mit clm. folgende längere Ausführung enthält:* possessiones namque palatini antea sibi sublate fuerant, quam regia majestas pupilli nomine de regno se intromitteret, quo tempore promisit Hungaris et Theutonicis, ad suam obedientiam venientibus, tueri eos in possessionibus universis, quas tunc tenerent, nec aliquid innovare velle, quod vel eis, vel pupilli juribus prejudicium afferret. non posset igitur rex promissis suis contrarius esse, verbum enim regium quasi oraculum habetur firmumque semper et constans debet esse. nec causam habet palatinus adversus regem querele de gestis ante regimen suum, sed debet potius tollerare, donec illa conventio *(clm.* dieta*)* fiat inter reges, quem vestra (*E I* tua) *paternitas* excogitavit. tunc enim aderit ipse, aderunt alii et ad concordiam omnium intendetur (*E I* navabitur opera), et si pax regni concludi poterit, non deerunt modi, quibus ipse palatinus reddatur contentus. interim majestas regia nichil innovare intendit

Digitized by Google

hac parificare velletis[1] equumque diceretis[2] itidem mihi fieri, responderem, non esse parem causam ejus, qui bellis interfuit et, alteram partem secutus, alteram repugnavit,[3] cum illo, qui civili bello fragranti se subduxit nec videre ignem voluit, quo regnum[4] incenderetur, studio pacis semper intentus. tertio loco vestrarum[5] litterarum poscebatis,[6] comitatum palatinum Alberto de Bonacossis Ferariensi ex regio concedi munere. summe preces vestro[7] nomine serenitati regie facte sunt, sed nichil est, quod ab ea difficilius impetretur. nemo adhuc dignitatem istam optinuit, nisi magne nobilitatis vir[8] regique visus, et hi nondum quatuor fuere. vult in hac re perfusam, ut opinor, Sigismundi cesaris concessionem restricta et parca donatione compensare nec sane indigne. nanque si fateri volumus verum,[9] nimis passim hec honesta et ampla dignitas reperitur concessa. non tamen propterea desperandum amico vestro[10] dixerim, nam si contigerit vestram reverendissimam paternitatem[11] rursus esse apud hunc principem, non negabitur, ut existimo, persone vestre,[12] quod litteris[13] non est concessum. idcirco rem hanc in aliud tempus differatis,[14] quia non est, quod epistolis valeat impetrari aut per domesticos optineri.

Jamque de seriis sat, quorum scopulis retromissis planum pelagus ingrediamur facetiarum. jocatur mecum vestra[15] paternitas, audio libenter jocos idque non improbari a philosophis didici, qui medios inter rusticitatem et scurilitatem jocos posuere ac dampnatis extremis media probant. jocemur igitur audacter. quid est, quod vestra[15] paternitas ait refferendum. est aliquid.[16] exercitus, inquit,[17] adversus Theucros[18] dietim struitur, sed adeo lente, ut verear, ne adveniente Michaelis festo improperetis mihi, quod alias Vienne dixistis, ut, cum tempus venerit, me-

---

(*E I* potest), sed cum fratre suo, rege Polonie, bonam tenere amicitiam disposita est, nisi fuerit, ut sepius dictum est, provocata. *Der Text der Krakauer Hs. gibt offenbar den Inhalt des Briefes in der Abänderung des Kanzlers, dem die von Eneas versuchte Rechtfertigung wohl zu fadenscheinig erschien; cod. Chigi demgemäß den ursprünglichen Entwurf des Eneas, der also den cod. Chigi nach seinen Konzepten herstellen ließ.* — [1] *K.* velitis, *E I* velles. — [2] *Ch.* dicetis, *E I* dices. — [3] *K.* impugnavit. — [4] *Ch.* regimen, *E I* regnum. — [5] *E I* tuarum. — [6] *E I* poscebas. — [7] *E I* tuo. — [8] *Ch.* vir magne nobilitatis. — [9] *Ch.* verum fatere volumus. — [10] *E I* tuo. — [11] *E I* contigerit te. — [12] *E I* tue. — [13] *E I* litteris tuis. — [14] *E I* differas. — [15] *E I* tua. — [16] *E I streicht den ziemlich unklaren Satz* quid — aliquid. — [17] *E I* inquis. — [18] *E I* Turchos.

Digitized by Google

mineritis eorum, que dixi vobis.[1] quid ego dixi vobis[1] nempe, non exiturum hac estate adversus Theucros[2] exercitum. vos[3] contra tanta spe ducebamini,[4] ut vix tam cito crederetis[5] Budam attingere, quin prius in armis omnis Hungaria surrexisset. hec vobis[6] improperari timetis[7] queritisque,[8] an potius mendax velim quam verus inveniri propheta utiliusque hoc mendacium quam veritatem putatis.[9] nec ego alterius sum opinionis, nanque ut animi mei nucleum[10] pandam, cur ego non potius falsus cum totius Christianitatis utilitate et honore velim videri, quam verax cum dampno et dedecore nominis Christiani? non sum tam avarus fame mee nec rumores pono ante salutem publicam. utinam falsus vates, utinam falsus predicator hujus rei comperiar. sed novi ego mores quorundam, scio me multos habere amicos, quibus carior quam mihi sum. vereor, ne illi plus mee quam sue cupidi fame sint. timeo, ne, ut meum nomen illesum servent, suum comaculent. ego illis afficior et illi mihi, quasi Pylades et Horestes sumus, servare Horestem Pylades et Pyladem malebat Horestes, cum alterum occumbere oporteret. inter nos fame non vite certamen est et alter alterius magis caripendit honorem et sane optinere me magis[11] expediret tum regno Hungarie tum Christiane rei publice, quam latissima sit. nec ego, qui sepe in expeditionibus bellicis adversus Theucros[2] pro salute Hungarie et facultates exposui et corpus cum effusione sanguinis exponere presto fui,[12] nunc parcerem fame, dum res agitur eadem. sed cogor invitus, ut videar videre et vates haberi et predicator veritatis admirandus, quod ne in hac re fiat, deum supplex iterum atque iterum posco. subjungitis[13] preterea, magnificum Johannem waywodam,[14] et si omnes deficiant, solum velle cum Transsilvanis aggredi Theucros[15] illumque jam equites currusque Bohemico more instructos habere, pro quorum expeditione sexaginta[16] milia florenorum exposuerit, ad quem jam iter fecissetis,[17] nisi peditum comparandorum curam ad currus necessariorum[18] vobis[19] man-

---

[1] *EI* tibi. — [2] *EI* Turchos. — [3] *EI* tu. — [4] *EI* ducebaris. — [5] *EI* crederes tam cito. — [6] *EI* tibi. — [7] *EI* times. — [8] *Ch.* queritis, *EI* queris. — [9] *EI* putas. — [10] *Ch.* enucleum. — [11] *Ch.* me magis obtinere. — [12] *Ch.* presto fui exponere. — [13] *EI* subjungis. — [14] *cfm. nur* Jo. — [15] *EI* hostes. — [16] *Ch.* quadraginta. — [17] *EI* fecisses. — [18] *EI streicht* ad — necessarium. — [19] *EI* tibi.

Digitized by Google

dasset, quos non facile dicitis apud vos[1] reperiri. subdelegaretis[2] mihi diligentiam hanc, nisi brevitas temporis impediret, quia stat sententia, quam celeriter castra movere. nec rursus in me fidem habetis,[3] quod in rem essem pronus, tum Viennenses timetis,[4] qui tres galeas et loricas totidem, dum ab eis recederetis,[5] egre asportari tulerunt. de meo animo jam dictum est. nichil est, quod inde vos[6] dubitare oporteat. credite[7] mihi, nemo[8] Polonorum quam ego in eam rem pronior esset nec Viennenses obstarent, quando[9] pecunias ubertim afferi viderent.[10] hi enim ideo vestris[11] armis molesti fuerunt, quia videbant tribus loricis non posse Europam tutari, sed adversus Australes arcus tres Hungaros reddi tutos. quod vero de tempore interseritis,[12] id ego in contrarium suscipio, quia meam solicitudinem et affectum, quo ducor in hoc opus, noscitis.[13] non audetis[14] mihi mandare, ut pedites conducam, timetis[15] namque, ne prius venirent, quam ceteri essent instructi exercitus, excusarique potius super peditibus non inventis quam in paratis argui vultis.[16] libet jocari, libet ridere et animum his comitatibus relaxare, nec inter sales intempestive novitates erunt. vos[17] ultimis[18] litteris, quibus per superiora satis responsum est, narratis,[19] dominum[20] cardinalem Venetiarum apostolice sedis legatum[a] pro classe maritima Venetias appulisse[21] jamque dare[22] commissioni sue operam. mihi ex Romana curia littere misse sunt, quibus significatur, parum spei fore in Venetis.[23] videtur enim in regem Aragonum spes omnis[24] conversa navigii, ducemque Burgundie ex Nicia missurum classem putant, ante cujus adventum satis spatii erit ad inveniendos pedites, sive apud nos eos velitis[25] querere sive apud Polonos. oportet namque ex Nicia ituros in Hellespontum, inferum mare pertransire, Scil-

---

[1] *Ch. und clm.* apud vos dicitis; *E I* dicis. — [2] *E I* subdelegaresque. — [3] *E I* habes. — [4] *E I* times. — [5] *E I* recederes. — [6] *E I* te; *Ch. und clm.* dubitare vos. — [7] *E I* crede. — [8] *Ch. und clm.* quod nemo. — [9] *K.* qui. — [10] *clm. hat am Rande:* sed noluerunt pro re modica se intromittere. — [11] *E I* tuis. — [12] *E I* interseris. — [13] *E I* nosti; *K.* nescitis. — [14] *E I* audes. — [15] *E I* times. — [16] *E I* vis. — [17] *E I* tu. — [18] *Fehlt Ch.* — [19] *E I* narras. — [20] *E I gestrichen.* — [21] *Ch. und clm.* aplicuisse. — [22] *Ch. und clm.* navare. — [23] *In Ch. und clm. folgt:* earum copiam cum presentibus mitto, ut plene omnia ponderetis (*E I* ponderes). — [24] *Fehlt Ch. und clm.* — [25] *E I* velis.

[a] *Francesco Condulmaro.*

Digitized by Google

leis se gurgitibus credere, tum Creticum, tum Jonicum, tum Carpentinum,[1] dum Egeum percurrere pelagus. multi scopuli vitandi, Ceraunia fugienda, circumeunda Peloponesus, radenda Epirus,[2] tum Plyades Hyadesque timende et sidus Helene perniciosissimum navigantibus. et nichil in hieme formidabilius mari, quod qui ingressus non est, nescit, quid sit periculum et frustra Neptunum accusat, qui bis naufragium patitur. videtis,[3] quantum temporis ad conducendum[4] pedites vobis[5] elargior. mittite aurum[6] mihi, si non ante adventum classis ingentem misero peditatum cruci me obnoxium dedo.

Ex Basilea quoque non deest nobis[7] materia joci. illi enim cardinales, qui tantopere[8] auctoritatem ecclesie ac generalium predicabant conciliorum, ut mori pro illa velle viderentur, unius sui regis litteris, quibus non mors sed privatio beneficiorum mandabatur, Basileam dimisere. sapiunt quippe, fide potius quam plebe volunt carere. non tamen procul abierunt, sed apud Solotrum resident, secundos jussus expectantes. recedunt enim inviti, sed magis stringit bursa quam honor. quid enim salvis infamia nummis? talis[9] fertur concordia inter sanctissimum dominum nostrum et regem Aragonum: rex serviet ecclesie cum quatuor milibus equitum et mille peditibus. item dabit pape opidum Leonisse et aliqua alia loca prope Aquilam, que sunt passus ad regnum. item tenebit dominum nostrum pro indubitato summo pontifice. ex alia parte papa coronabit dictum regem ad vitam suam nec dabit ei impedimentum, quominus possessione regni pacifice utatur. item dabit sibi in vicariatum comitatum Beneventanum et aliquas terras.

Credo jam satis lusum esse. ideo et novitatibus et jocis facio finem, supplicans omnia salibus ascribi, nichil scomatibus,[10] quia procul ab his sum nec mihi animus nisi sale conditus est. recommendo me paternitati vestre[11] reverendissime, ad cujus mandata sum meo ex more atque debito p̄promptissimus. datum[12] in Novacivitate, die ultima mensis augusti anno etc. 43.

Gaspar, dominus Novi castri, imperialis cancellarius, terrarum Egre et Cubiti capitaneus.

---

[1] tum Carpentinum *fehlt Ch.* — [2] *Ch.* radenda Epyrus, circuenda Peloponesus. — [3] *E I* vides. — [4] *Ch. und clm.* conducendos. — [5] *E I* tibi. — [6] *K.* mittendum mihi; *E I* mitte. — [7] *Ch.* nobis non deest. — [8] *Ch.* tanto tempore. — [9] *In Ch. und clm. fehlt von* talis *alles bis zum Schlusse des Absatzes.* — [10] *K.* scematibus. — [11] *I* tue. — [12] *Alles folgende fehlt in clm.*

Digitized by Google

[In verso:] Reverendissimo in Christo patri et domino, domino *Juliano*, sacrosancte Romane ecclesie cardinali sancti angeli, domino meo colendissimo.[1]

XXXVIII.

Kaspar Schlick an den Kardinal Louis d' Aleman; Wr.-Neustadt, [Ende August][a] 1443. Hofft, daß die Angelegenheit zur Zufriedenheit des Bischofs von Valence [Louis v. Poitiers] erledigt sei. Politische Neuigkeiten. Der König gehe zunächst nach Wien, um mit den Böhmen zu verhandeln, dann zum Tage nach Preßburg. Empfiehlt ihm die Angelegenheit seines Bruders Heinrich.

Aus clm. 12725, Bl. 119 und Chigi J VI, 208, Bl. 101 mit der Encas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XIX).*

Reverendissimo in Christo patri, domino Ludovico cardinali Arelatensi, domino colendissimo, Gaspar Sligk, imperialis cancellarius, *salutem plurimam dicit.*[2]

Reverendissime in Christo pater et domine colendissime.[3] ex jussu litterarum vestrarum,[4] quas nuper recepi, circa recommendationem *reverendissimi patris* episcopi Valentini[5] et capituli sui[b] cum regia majestate rem illam taliter[6] expedivi, ut non dubitem, episcopum et capitulum hujusmodi optime contentum existere, prout ex nuntio eorum, qui hic fuit, intelligetis,[7] qui, ut spero, gratias referet *vestre paternitati reverendissime*, que[8] pro ipsius expeditione scripsit.[9] nam vestro[10] maxime in-

---

[1] *Datum, Unterschrift und Adresse fehlt Ch.* — [2] *Die Adresse fehlt clm.* — [3] *Die Anrede fehlt Ch.* — [4] *Ch.* tuarum. — [5] *Ch.* Valentinensis. — [6] *Ch.* totaliter. — [7] *Ch.* intelliges. — [8] *Ch.* tibi gratias referet, qui. — [9] *Ch.* scripsisti. — [10] *Ch.* tuo.

[a] *Cugnoni setzt als Datum ganz willkürlich* mense Octobr., *was unrichtig ist, da der Ausstellungsort Wr.-Neustadt sicher steht, wo sich der König nur bis zum 6. September aufhielt.* — [b] *Die Angelegenheit ist wohl dieselbe, auf die sich Reg. 1425 vom 3. Mai bezieht: K. Friedrich beauftragt den Pfarrer (Rector Venneisuni) und die Offizialen von Vienne und Grenoble in der Appellationssache des Dechants und des Kapitels der Kirche zu Valence (Valentinensis) gegen die Einwohner und Bürger daselbst zu entscheiden. Es geht daraus zugleich hervor, daß Cugnoni mit seiner Annahme, es handle sich um den Erzbischof von Valentia in Spanien, Alonso Borja, im Unrechte ist.*

Digitized by Google

tuitu tam cito et tam votive expeditus existit. ego enim pro vestra[1] erga me humanitate scio, me semper obligatum esse ad *vestre*[2] *reverendissime paternitatis* obsequia. de novitatibus harum partium hoc[3] tantum dicere *vestre*[2] *paternitati reverendissime* possum, quod rex noster serenissimus mox Viennam petet, ubi Bohemi majestatem suam expectant, illam rogaturi, ut gubernationem regni Bohemie tutorio nomine suscipiat, exinde ad fines Ungharie transibit in festo ascensionis dominice, ubi circa Pozonium dieta indicta est pro illius regni pace et concordia tractanda. et quippe res omnes ad votum regie majestatis in omnibus partibus istis procedunt, utinam similiter in factis ecclesie succederent, ut pax et unitas ecclesie quam citissime haberetur. ad quas res prefatus dominus rex inclinatissimus existit et dispositus est, quantum in se erit, operam ad id dare, ut[4] ceteri reges et principes Christiane religionis secum concurrerent.[5] ultimo, reverendissime pater, recommendo *paternitati vestre*[2] reverendissime negotium domini Henrici germani mei carissimi, sicut per dominum Johannem[6] Reve,[a] eximium doctorem, dominationi vestre[2] significavi, ne amplius ad instantiam illius procuratoris, sacro concilio parum utilis, contra justitiam per vias obliquas vexetur, in qua re et mihi gratiam singularem efficietis[7] et prefato concilio, cui libenter servio, proficietis.[8] valeat optime *paternitas vestra*[1] *reverendissima*, cui me humiliter recommendo, ad ejus mandata semper paratum.[9] datum in Nova civitate, 1443.

XXXIX.

K. Friedrich an Pedro, Infanten von Portugal; Wr.-Neustadt, [Ende August] 1443.[b] *Bestätigt ihm die Mark Treviso und ist bereit, dessen Sohn Jakob, wenn er erwachsen sein werde, in seine Dienste aufzunehmen.*

Aus clm. 12725, Bl. 168ᵃ und Chigi JVI, 208, Bl. 38 (gedruckt bei Cugnoni Nr. IX), hier mit der Bemerkung des Eneas: dimitte.

---

[1] *Ch.* tua. — [2] *Ch.* tue. — [3] *Ch.* hec. — [4] *Ch.* si. — [5] *Ch.* concurrerint. — [6] *clm. nur* J. — [7] *Ch.* efficies. — [8] *Ch.* proficies. — [9] *Das folgende fehlt clm.*

[a] *Vgl. Reg. 1411 vom 16. April 1443: K. Friedrich gibt dem Magister* (egregio magistro) *Jo. de Reve, doctor decretorum, einen Kaplanatsbrief.* — [b] *Die Datierung nach Chmel, Regest Nr. 1524: Investitur mit der Mark Treviso.*

Digitized by Google

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, Austrie, Stirie etc. dux comesque Tirolis etc., illustri infanti Petro,[a] duci Coimbrie ac regnorum Portugalie et Algarbii gubernatori, consanguineo nostro carissimo salutem.[1]

Venerunt his diebus ad nos oratores tui, strenuus miles *Johannes Telecz* et honorabilis vir *Blasius Alphonsi* in decretis baccalarius,[2] quos libenter et tuo et ipsorum respectu vidimus, audientesque petitiones nomine tuo factas circa marchionatus Trevisini[3] confirmationem, grato eas admisimus animo, prout ex litteris nostris ad te delatis percipies. subjunxerunt quoque idem oratores tui, te magnopere optare, ut secundus ex tribus filiis tuis, quibus divina pietas te donavit, nomine Jacobus,[b] ad nostram curiam, cum per etatem posset, proficisceretur majestatique nostre astaret et regalibus nostris deserviret obsequiis. que res tui consideratione nobis cordi est dilectionique tue, dum tempus venerit, in hac re prona complacebimus voluntate. tu interim ipsum, donec grandiusculus fuerit, ut tuam decet regiam prosapiam, et ut facere[4] te non ambigimus, nutrire persevera, quia ipsum adultum, quando ad nos miseris, et recipiemus jocunde et retinebimus jocundissime, desideriis tuis in omnibus possibilibus inclinati annuere. quod autem serenissimum principem, regem Portugalie,[c] fratrem nostrum carissimum, nepotem tuum, cum ejus consorte, filia tua,[d] bene valere significasti, non absque singulari percepimus gaudio, cupientes eosdem semper augmentis prosperari felicioribus. datum in Novacivitate, die . . 1443.[5]

XL*.

Kaspar Schlick an den Kardinal Giuliano Cesarini; [vielleicht Wr.-Neustadt, Anfang September 1443]. Über die Verhandlungen

---

[1] *Die Adresse fehlt clm.* — [2] *Chigi:* Johannes et Alphonsus jurisperitus *vgl. Chmel, Reg. 1408 und 1520.* — [3] *clm. nur* T. — [4] *Chigi* bene facere. — [5] *clm. hat nur* Datum.

[a] *Pedro war seit 1. November 1439 Regent von Portugal, † 20. Mai 1449 in Alfarrobeira.* — [b] *Eneas sagt von ihm in der Europa, cap. LVIII:* Jacobus de Portugallia, regio sanguine natus, in quo ea modestia, ea gravitas, id acumen ingenii, id studium litterarum, is amor virtutis, emicuit, ut quamvis juvenis adhuc tardius tamen opinione omnium ad eam dignitatem *(die Kardinalswürde)* ascenderit. — [c] *Alfonso.* — [d] *Isabel.*

Digitized by Google

mit König Wladislaw von Polen, die, wie er hofft, einen guten Ausgang nehmen werden.

Aus cod. Lobkowitz 462, Bl. 46 und clm. 12725, Bl. 119.

Innotescit domino Iuliano cancellarius, quantum prebuerit operam, ut rex Romanorum cum rege Polonie pacem habeat et quam benigne Romanorum rex alteri scripserit.[1]

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime.[2] videbit reverendissima *vestra paternitas* ex litteris regie majestatis ad serenissimum dominum regem Polonie transmissis, quarum copia vobis destinatur, quomodo juxta vestram suasionem dulciter et benigne scribitur facileque comprehendere ex hoc poterit, me omni studio cura et solicitudine uti, ut nichil novi[3] fiat in ista parte, quod vel amicitiam horum regum obnubilet vel paratum adversus Theucros exercitum quovismodo perturbet, sed pocius ad id vigilare atque conari, ut vera caritas ultro citroque maneat, *quod* prout spero fiet, si ex altera parte non prestetur impedimentum, quod nonnulli dietim moliuntur et presertim hii, qui sunt circa territorium meum, qui nullatenus possunt in pace quiescere. utcunque est, probo diligentiam vestram apud prefatum Polonie regem adhibitam. nec enim me fugit, opera vestra factum esse, ut idem rex ad ea, que scribit, inclinaretur. que si effectum sortiri poterunt, non parum juvabunt ad pacem continuandam. ego tamen, quid sentiam, paucis dicam etc.[4]

XLI. *

Kaspar Schlick an einen ungarischen Magnaten; [Wr.-Neustadt, Herbst 1443?][a] Entschuldigt sein Schweigen und bittet ihn, für die Rechte des Königs Ladislaus einzutreten.

Aus clm. 12725, Bl. 118, wo es im Index heißt: Dominus Gaspar. item alia excusatoria atque commendatoria pro parte regis Ladislai.

---

[1] *Die Überschrift fehlt im clm.* — [2] et — colendissime *fehlt cl ., der dafür* etc. *hat.* — [3] *clm.* novitatis. — [4] *Der Brief bricht in beiden Handschriften unvollendet ab.*

[a] *Die Datierung des Briefes, der manche Unklarheit enthält und scheinbar schlecht überliefert ist, ist schwer; sicher ist nur, daß er vor den 11. Dezember 1443 fällt, an welchem Tage Eneas dem Kanzler zur Geburt eines Sohnes Glück wünscht. Die geheimnisvollen Andeutungen über eine Ladislaus*

Digitized by Google

Magnifice et spectabilis domine tanquam pater honorande.

Si vobis usque modo scribere distuli, non egre ferat dilectio vestra, ut mihi tarditatem impingat, quia hec non processit ex meo defectu, sed ex carentia nuntiorum, qui isto in turbine vias abhorrent. etiam veritas rerum et motus miseri regni nostri, dico regni nostri, cum et ego incola sim quamvis parvus, me a communione scripturarum retraxerunt. utinam deus vellet, quod eidem regno daretur requies per nos, qui non sumus sine aliquali saltem culpa turbationis ipsius. credo quod prodesset animabus multorum cum salute etiam rerum et corporis. et quia auctoritate et potestate vestris per me pensatis non ambigo, vos esse posse magnum auctorem hujus boni, quem scio id velle et cupere propter beneficia per sanguinem veri heredis in vos vestrosque collata, tum etiam propter virtutes vestras, quas semper in vobis expertus sum ad viam justitie, ideo vos precor et adhortor, quatenus conemini omni ingenio atque studio, ut id possitis, quod certus sum vultis. facietis profecto deo rem valde gratam et honori vestro legaliter providebitis et pacem regno dabitis cum his revera, qui sapientiam et bonitatem vestram secuntur. revolvite in mente omnes regni illius nationes, quod nullum violentum perpetuum et, si quandoque modicum persistit, postea decidit, sicut stipula ante faciem venti, quia deus omnipotens, justus judex, non sinit perire justitiam, maxime illius parvuli innocentis, in cujus ore nunquam inventus est dolus, qui nil mali fecit, ut privetur sua avita et paterna successione. et dum credimus nos in regno firmos stare, videbimus sine fallo fundamenta nostra, que sine ratione acta sunt, turpiter ruere, cum juvenis ille super dorsum nostrum crescat et habebit amicos, qui causam illius suam propriam reputabunt. hec fiducialiter scribere volui et sub ea confidentia, quam ad vos gero, petens mihi indulgeri, si quoquemodo excessi, quoniam ex habundancia cordis os loquitur. et si dilectio vestra valet tam corpore quam rebus secundis, id est quod summe exopto. si dicerem, me dolere de obitu domine uxoris vestre atque prolis, non turbor certe, cum omnibus sit ea via communis et penes *nos*[1] est, quod et

---

[1] *clm. hat dafür ein unverständliches* quidem.

nahende Hilfe rücken den Brief vielleicht in die Nähe des Schreibens an den Bischof Johann von Großwardein (Anfg. Juni 1443), Nr. XV, der ähnliche geheimnisvolle Bemerkungen enthält.

Digitized by Google

nos stamus prope fores insectantes vestigia illorum, qui ante nos transmigrarunt. ego autem deo volente una cum ducissa uxore mea et duabus filiabus, quia adhuc masculo careo, vivo incolumis et post multas etiam guerras et turbulationes, quas motivo regibus meis perpessus sum, tandem me repellente injuriam aliqualiter respiravi et sto satis pacificus. valete.

XLII.

K. Friedrich an den Kardinal Louis d' Aleman; Graz, 15. September 1443. Ermahnt ihn, daß die Angelegenheit des Kanonikus von Trient, Johann Strelicz vor das zuständige Gericht und nicht vor das Konzil komme.

Aus clm. 12725, Bl. 168, cod. Chigi J VI, 208, Bl. 53 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. X), cod. Göttweih 390, Bl. 18v und cod. Giessen A 35, Nr. 33, in beiden letzten Hss. mit der Adresse:* ad cardinalem Arelatensem.

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus etc.[1] Reverendissime in Christo pater et amice noster carissime.[1]

Intelleximus, quendam Maternum de Franckfordia,[2] causarum procuratorem, honorabilem dilectum nostrum Johannem Strelicz, canonicum Tridentinum,[3] occasione prebende sue vexare cepisse, ipsum coram judicibus sacri concilii vocando,[4] quod esse videtur contra ejusdem concilii decreta, quibus caveri dicitur, ut cause in partibus coram ordinariis ventilentur. quare, cum dictus Maternus ordinarium habeat venerabilem Alexandrum, patriarcham Aquilegiensem ac ecclesie Tridentine perpetuum administratorem, avunculum nostrum carissimum,[5] et ejus vicarium, satis miramur, quod his omissis trahere dictum Johannem ad sacrum concilium nitatur. et magis mirabile nobis videtur, quod sancta sinodus hoc admittat, quia hoc est clericos vexare et a suis officiis avertere ac sic[6] per indirectum cogere, ut lites pretio redimant, quod ne fiat cavendum est. ideoque paternitatem vestram reverendissimam exhortamur,[7] ut providere velitis, ne vel ecclesia Tridentina per hujusmodi lites patiatur detrimentum, vel nos aliter providere cogamur. datum Gretz, die 15.[8] septembris anno 1443.

---

[1] *Fehlt clm.* — [2] *clm.* M de F. — [3] *clm.* Jo. canonicum n. — [4] *clm.* vocare curando. — [5] *clm. fehlt* ac — carissimum. — [6] *Fehlt Chigi.* — [7] *clm.* quod ne fiat p. v. r. exhortamur. — [8] *Der Tag fehlt in cod. Giessen und Göttweih, im clm. der ganze Schlußsatz.*

Digitized by Google

Reverendissimo in Christo patri domino Ludovico, cardinali Arelatensi, amico nostro carissimo.

XLIII.

Kaspar Schlick an Niccolò degli Arcimboldi; Gras, 16. September 1443. Dankt ihm für seine Bemühungen in der Mailänder Angelegenheit und bittet ihn um seine Unterstützung, damit er das Kastell Confluentia erhalte.

Aus clm. 12725, Bl. 117 und Chigi J VI, 208, Bl. 29 mit der Eneas Notiz dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XII).*

Gaspar Sligk, imperialis cancellarius, *salutem plurimam dicit* Nicolao de Arzimboldis Parmensi, ducali consiliario et affini suo.

Eximie doctor, affinis carissime. Nondum multi sunt dies, quibus vestre mihi littere fuerunt delate, rem meam apud *illustrissimum* principem, dominum ducem Mediolani, pene absolutam fore significantes. nec diu post dominus Albericus Malecta proprium nuntium ad me misit cum litteris ducalibus et aliis monimentis[1] oportunis. itaque cognovi tum ex suis, tum ex vestris litteris quanta uterque vestrum diligentia pro me sit usus nec ignoro utrique me fore, quoad vixerim, obligatum. vestra tamen erga me beneficia non sunt nova nec pro his tantum sum vobis obnoxius, qui semper in meis negotiis non minus quam in vestris propriis studium posuistis. sed nolo de his amplius dicere, ne, dum factis non rependo gratias, velle satisfacere verbis videar. quod tamen apud vos non vereor, qui animum nostis meum, et quo me uti potestis modo non ignoratis. vestrum enim est ita erga me facere, sicut ego facio erga vos, qui quantum indigeo tantum utor operis[2] vestris, nullo labori vestro nullisque occupationibus parcens, sed quanto plura pro me facitis, tanto majora exposco, sicut et nunc agam. nam et si magno labore petitionibus meis feceritis satis, non tamen erubescam petere, ut spem, quam mihi datis, pinguioris gracie a principe optinende, prosequi velitis, curantes, si possibile sit, ut ex integro castrum habeam cum jurisdictione, quam rem posse fieri, etiam dominus Albericus suis innuit lit-

[1] *Cugnoni falsch* momentis. — [2] *Cugnoni falsch* operibus.

Digitized by Google

teris, se quoque navaturum operas[1] repromittens, cui ut adjutor sitis, eo minus rogo, quo vos ad id animum magis habere non ambigo. referri preterea meo nomine grates magnifico Ugueccioni magnopere peto, quem perfecisse et conclusisse omnia intelligo, cui velitis me totum offere, quoniam quecumque pro sua magnificentia unquam potero, libenter efficiam nec labor erit nisi intimasse. novitates Italie, quibus me participem reddidistis, eo mihi gratiores fuere, quo ducales partes magis exinde prosperari cognovi, cujus felicitas imperii sacri prosperitas est et totius nobilitatis sublevatio atque tutamen. hinc quod rependam, nichil habeo, nisi quod ad festum Michaelis jam instans regia majestas in Vienna cum Bohemis debet convenire patruelisque sui regis Ladislai negotia cum illis concludere. de Hungaria vero delatum est nuntium, Teucros non expectasse, impetum in se[2] fieri per Hungaros, sed ultro lacessitum cum tanta potentia venisse, ut nullis vulgati passagii viribus[3] retundi possint. placeat divine pietati magis clementiam suam quam Hungarorum prospicere merita, quamvis illorum perfidia, qua Ladislaum, puellum orphanum, naturalem dominum, prodiderunt, non solum Teucrorum iram, sed inferorum manum experiri deberet ultricem. vos valete optime, et, si quando tempus se offert, ducali celsitudini me reddite commendatum. datum Gretz, 16. septembris 1443.[4]

XLIV.

Kaspar Schlick an Alberico Maletta in Pavia: Graz, 16. September 1443. Dankt ihm für seine Bemühungen in der Mailänder Angelegenheit, teilt ihm mit, was er in Sachen des Markgrafen von Ferrara beim König erreicht habe und hofft, später noch mehr durchsetzen zu können. Zugleich bittet er ihn, wenn möglich, nach Mailand zu gehen und dort 300 Dukaten für ihn einzutreiben, auch sich dafür einzusetzen, daß er das Schloß Confluentia erhalte.

Aus clm. 12725, Bl. 116 (unvollständig), cod. Göttweih 390, Bl. 14 und Chigi J VI 208, Bl. 34 mit der Bemerkung des Eneas:* dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XI).*

Gaspar Sligk, imperialis cancellarius, *salutem plurimam dicit* domino Alberico Maletta, jurisconsulto Papiensi.[5]

[1] *Chigi* operam. — [2] *Chigi* sibi. — [3] *Ch.* juribus. — [4] *clm.* Datum ut supra. — [5] *clm.* Dominus cancellarius ad dominum Albericum Maletta, jurisconsulto Papiensi [!].

Digitized by Google

Eximie doctor, amice optime.[1] reddidit mihi nuntius *illustrissimi* domini marchionis litteras vestras,[2] et cum eis monimenta ad rem meam Mediolanensem facientia. ex quibus omnibus video clare,[3] quam cordi vobis[4] fuerint negotia mea vosque[5] non minus re[6] fecisse, quam verbis antea promiseratis[7] et quippe boni et veri amici officium implevistis.[8] ob quam causam cognosco me, quoad vivam, obligatum esse, pro vobis vestrisque[9] omnibus quicquid mihi possibile fuerit efficere. idque non omittam neque unquam committam, ut erga tam fidum et probum amicum ingratus reperiar. vos[10] enim in rebus meis talem diligentiam prebuistis,[11] ut manibus et pedibus niti debeam aliquando vices rependere desiderativum. utinam faciat[12] faxitque deus, ut tante fidei vestre parem aliquando possim ostendere caritatem. similiter quoque vellem posse *illustrissimo domino* marchioni et suis erga me beneficiis convenienter[8] obsequi, qui pro me scripsit, oratorem misit, expensas fecit, quas et vos sustinuistis,[13] diligentiasque omnes adhibuit, ut ego voti compos fierem mei. quid enim satis dici de tanta potest humanitate? quibus extolli laudibus hec benignitas potest? ego sane non sum, qui tantis possim meritis satisfacere, nec opus est, me[14] dignas persolvere grates. sed sciunt hoc principes satisque perspectum[15] habent, non posse privatos homines sua[16] prosequi beneficia. non tamen propterea minus benefici sunt, quoniam, ubi retributio non habetur humana, copiosior divina invenitur.[17] ego tamen, quicquid possum aut potero unquam, id sciat marchio ipse, suis semper parebo mandatis, quemadmodum etiam ad presens sue *illustrissime dominationi* litteris meis aliquid desuper scripsi.[18] quod autem ad rem Mutinensem pertinet, paucis expediam. legi[19] epistolam serenissimi domini regis Aragonum cesaree majestati, exinde[3] quantum ille in Italia posset et quantum ejus status crevisset exposui. mox subjunxi, quanti efficiende forent preces ipsius pro genero facte. post

---

[1] *Die Anrede fehlt Chigi.* — [2] *Chigi* tuas. — [3] *Von Eneas gestrichen.* — [4] *Chigi* tibi. — [5] *Chigi* teque. — [6] *Fehlt clm.* — [7] *Chigi* promiseras. — [8] *Chigi* implevisti. — [9] *Ch.* te tuisque. — [10] *Ch.* tu. — [11] *Ch.* prebuisti. — [12] desiderativum — faciat *fehlt Ch.* — [13] quas — sustinuistis *fehlt Ch.* — [14] *Ch.* opis est mee. — [15] *Eneas korrigiert:* persuasum. — [16] *Fehlt Ch.* — [17] *Eneas korrigiert:* invenietur divina. — [18] quemadmodum — scripsi *fehlt Ch.* — [19] *Von Eneas gestrichen, der das Wort vielleicht an den Schluß setzen wollte, aber die Korrektur vergaß.*

Digitized by Google

hec de laudibus domini[1] marchionis, que mihi videbantur attingenda, narravi nec aliquid obmisi, quod ad optatum reportandum necessarium putarem et ut servitorem pro domino decet verba feci. credo, si vos affuissetis,[2] non pluribus fuissetis usus[3] aut argumentis aut suasionibus. sed majestas regia jam adeo in his trita est, ut frustra suasiones audiat. scit enim omnibus respondere et sicut nuper reverendissimo domino[1] cardinali sancti angeli pro hac re instanti[4] verbis satisfecit ipsumque placatum reddidit, sic et nunc me confutavit.[5] dixit tamen: ex quo marchio Ferrariensis non reputat sibi ad honorem annuam pecuniam dare, contenti sumus sibi complacere, ut summam mille florenorum auri in res alias convertat nobisque et successoribus nostris singulis annis in festo nativitatis domini nostri[1] pannum aureum pro quingentis et vasa argentea pro aliis quingentis ducatis transmittat. et iste erit census nobilis et respectu donationis ipsius valde exiguus. et[1] hoc est, quod ex sua majestate ad ultimum excerpere potui. quantum vero ad jura cancellarie et aliorum officialium pertinet, satis vobis[6] alias scripsi nec illa nunc repetere oportet. ea nanque immutabilia sunt et scio quod illustris dominus marchio non vellet alicujus jura detrahere. nunc considerare potestis an venire debeatis atque possitis,[7] et quippe, si meum judicium exquiritis,[8] non videtur mihi quod amplius rem hanc debeatis[9] proferre, sed uti debetis[10] regia gratia, que non est parva. et si per omnia non placet, faciatis[11] sicut ego cum *illustrissimo* domino duce Mediolani, qui, cum non possem habere quod debui et volui, id volui quod potui. recepi[12] enim pro sex millibus ducatorum solum tria milia, sperans, quod ille princeps gratiosus in tempore posset et vellet mihi melius facere.[13] ita confidere debet *illustrissimus* marchio de domino nostro rege, quia in dies res melius maturantur. nec dubito, quin tantum inter utrumque gratia crescat, quod hec omnia in melius convertantur.[14] ad quas res promo-

---

[1] *Von Eneas gestrichen.* — [2] *Ch.* tu affuisses. — [3] *Ch.* fuisses usus. — [4] *Eneas korr.:* laboranti. — [5] *clm. hat hier ein* etc. *und läßt das folgende bis* reliqua cum hic eritis *weg; für diesen Teil wurde cod. Göttweih zu Rate gezogen.* — [6] *Ch.* tibi. — [7] *Eneas korr.:* potes an venire huc possis. — [8] *Ch.* exquiris. — [9] *Ch.* debeas. — [10] *Eneas korr.:* utendum est. — [11] *Ch.* fac. — [12] *Cugnoni unrichtig:* accepi. — [13] *Eneas korr.:* sperans illum principem in tempore mihi meliųs facere. — [14] *Cugnoni falsch:* commutentur.

Digitized by Google

vendas ero ego indefessus solicitator. de uno tamen vos[1] moneo, quod ad festum sancti Martini proximi ego cum domino rege vel pro eo orator[2] constituar Noremberge in facto ecclesie, quod ibidem tractabitur et tandem petam domicilium meum, a quo diu absens fui, ad certas septimanas ibidem demoraturus et forsitan, si interim veniretis,[3] res vestre[4] in absentia mea non ita dirigerentur sicut me presente. et ideo mihi videretur, quod, si dominus marchio deliberaret amplecti vias istas et vos[5] mittere, quod ex tunc differatis[6] cum vestro[7] accessu usque ad meum reditum. ego enim ex tunc vos[8] litteris meis de illo certum efficiam, et quicquid per *illustrissimum* dominum marchionem in illa re deliberatum fuerit, potestis[9] interim scribere ad cancellariam etiam me absente, quia littere semper ad me optime perferentur. denique vos[8] supplico et gratissimum mihi veniret, quod mei intuitu, dum haberetis[10] commoditatem, Mediolanum peteretis[11] illos trecentos ducatos pro me recuperaturi,[12] sicut scribitis,[13] quia, nisi per vestram[14] solicitudinem habeantur, omnis labor incassum ibit. rogo etiam ut cogitetis,[15] si modus sit, quemadmodum sentire videmini,[16] quod ego possum castellum illud Confluentie[a] ex integro et cum jurisdictione habere, et ad id velitis[17] laborare meque reddere certiorem, quia omnia faciam possibilia, et vobis[18] etiam, poterit res ipsa utilitati esse, ex quo vicinus estis[19] loco, dominus Nicolaus de Arzemboldis vobis in omnibus assistet[20] et *illustrissimi* domini marchionis littere apud ducem et apud gubernatorem multum proderunt. reliqua cum hic eritis,[21] simul conferemus, quia adventum vestrum[22] non minus cupio quam vos,[23] multis ex causis, et presertim, ut de Italia, cujus status dietim mutatur, a vobis[18] certior fiam. de novis mihi communicatis gratias habeo, hinc vero, que scribam, non habeo, nisi quod serenissimus dominus noster rex infra

---

[1] *Ch.* te. — [2] *Eneas korr.:* ego orator regius. — [3] *Ch.* venires. — [4] *Ch.* tue. — [5] *Ch.* te. — [6] *Ch.* differas. — [7] *Ch.* tuo. — [8] *Ch.* te. — [9] *Ch.* potes. — [10] *Ch.* haberes. — [11] *Ch.* peteres. — [12] *Ch.* recuperaturus. — [13] *Ch.* scribis. — [14] *Ch.* tuam. — [15] *Ch.* cogites. — [16] *Ch.* videris. — [17] *Ch.* velis. — [18] *Ch.* tibi. — [19] *Ch.* es. — [20] dominus — assistet *fehlt Ch.; vgl. aber den vorangehenden Brief.* — [21] *Ch.* eris. — [22] *Ch.* tuum. — [23] *Ch.* tu.

[a] *Es ist ganz ausgeschlossen, hier, wie Cugnoni es tut, an Coblenz zu denken; es handelt sich um ein Kastell in der Nähe von Pavia, wohl am Zusammenflusse von Ticino und Po; vgl. Chmel, Materialien I, 256 c.*

Digitized by Google

paucos dies debet hinc recedere et ire Viennam ad Bohemos, cum quibus recipienda est super regno eorum finalis conclusio circa festum sancti Michaelis[a] jam instans. datum Gretz, die 16.[1] septembris 1443.

XLV.

Kaspar Schlick an Alberto della Sale; [Graz, 16. September] 1443. Begründet das Verhalten des Königs Friedrich in der Frage der Markgrafschaft Mantua Leonello von Este gegenüber.

Aus clm. 12725, Bl. 113 und Chigi JVI, 208, Bl. 98 mit des Eneas Bemerkung dimitte totum *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXI).*

Gaspar Sligk, imperialis cancellarius, *salutem plurimam dicit* viro spectabili et nobili Alberto de la Sale, amico suo percaro.[2]

Spectabilis etc.[3] Suscepi singularem oblectationem ex vestris[4] litteris, quas mihi per tabellarium *illustris* domini mei, marchionis Ferrarie, nuper misistis,[5] cum propter dicendi suavitatem, tum propter earum materiam, que ipsum dominum meum marchionem respicit, cui morem gerere et utilitatem afferre in omnibus rebus semper vellem. quia tamen nonnulla dicitis,[6] serenissimum dominum meum regem concernentia, opus est, ut pauca vobis[7] respondeam, ne absque causa apud vos[8] rex ipse notatus existat. facitis[9] quidem de rebus pecuniariis mentionem suadetisque[10] mihi, ut regem prefatum movere velim, ne circa petitiones domini marchionis ad pecunias respiciat, cum pulcrum sit et ad excelsum animum pertineat, non aurum possidere, sed his, qui habent aurum, imperare, pertinereque ad cesarem dicitis,[11] non tam pecunie conquisitionem quam animorum, qui virtutibus et excellentia prestent, acquisitionem venari. speciosa hec et dictu et auditu sunt, et digna, que ab ore prudentissimi viri, qualis vos estis,[12] prodeant. sed attendite,[13] rogo, parumper et rem propinquius mecum examinate.[14] nanque si ex vertice usque ad calcem negotium perviderit is,[15] manifestum vobis[7]

---

[1] *Ch. hat* 15; *ich halte* 16. *mit Rücksicht auf den folgenden Brief für richtiger.* — [2] *Fehlt clm.* — [3] *Fehlt Chigi.* — [4] *Ch.* tuis. — [5] *Ch.* misisti. — [6] *Ch.* dicis. — [7] *Ch.* tibi. — [8] *Ch.* te. — [9] *Ch.* facis. — [10] *Ch.* suadetisque. — [11] *Ch.* dicis. — [12] *Ch.* tu es. — [13] *Ch.* attende. — [14] *Ch.* examina. — [15] *Ch.* perviderit.

[a] *29. September.*

Digitized by Google

fiet, nichil esse, in quo rex noster clarissimus valeat reprehendi. fateor vobis,[1] affinis carissime, *illustrem* illum principem, dominum meum marchionem virtutum omnium laude dotatum et decus quoddam esse atque ornamentum seculi nostri, in quo non solum bene gerendi sed et bene dicendi pre ceteris artes elucent, ut ipse unicus sit nostri evi princeps eloquentie potens. scio, maximum lucrum esse hunc tantum dominum regi nostro, sicut in aliis est, ita et in hoc, de quo agitur, esse vexillum. idem quoque et rex ipse noster opinatur. ideoque magnopere cupit, precibus suis annuere, si rem peteret a justitie metis non nimis remotam. sed audite,[2] obsecro, casum atque exinde censete.[3] decessit, ut scitis,[4] anno preterito clare memorie *illustris* princeps dominus Nicolaus, marchio, imperialis vicarius Mutinensis, hujus moderni marchionis pater, per cujus mortem devoluta est ad imperium pleno jure civitas Mutinensis. petit dominus marchio presens, dari sibi illam in vicariatum ad tempus vite sue, quia ad erectionem comitatus[5] majestas sua assentire[6] non potest. inclinatus est rex noster libenterque marchionis votum amplectitur. petit, ut pro recognitione et ad imperii onera, que innumerabilia sunt, sustentanda census aliquis prestetur annuus, quemadmodum de vicariatu Ferrarie ecclesie fit annualis recognitio.[7] non maria, non montes poscit, non rem impossibilem. negant oratores sui liberamque omnino et absque ullo censu civitatem requirunt. ad hec vos dicitis,[8] generosi animi esse, non auro sed hominibus imperare. at imperium, mi affinis carissime, nichil est absque erario. scitis,[9] quam magno in pretio fuerit semper apud Romanos Tarpeja,[10] quam vectigalia diligenter apud illos[11] custodirentur, quam solicite semper exacti census a subditis fuerint. hec autem Romani illi, vere virtutis cultores, non amore pecunie faciebant, que per se fragilis est et caduca, sed ut ea tamquam instrumento quodam pro[12] rei publice uterentur tutela. nam neque defendi opida nec parari exercitus nec magna negotia geri absque pecunia, teste ipso etiam Aristotele, possunt. illos autem Romanos et rex noster sapientissimus imitari vult, ut exhaustum imperium et omnibus

---

[1] *Ch.* tibi. — [2] *Ch.* audi. — [3] *Ch.* cense. — [4] *Ch.* scis. — [5] *Ch.* civitatis in comitatum. — [6] *Ch.* consentire. — [7] quemadmodum — recognitio *fehlt clm.* — [8] *Ch.* tu dicis. — [9] *Ch.* scis. — [10] *Im clm. steht darüber* erarium. — [11] apud illos *fehlt Ch.* — [12] *Fehlt clm.*

Digitized by Google

destitutum subsidiis, quoad possit, restauret[1] atque reintegret, aut saltem ita faciat, quod aliquid habeat ad sustentandum imperii onera. quod autem speciosum esse dicitis,[2] possidentibus aurum imperare, id verum est, atque idcirco maxime verum, quoniam[3] auri procul dubio possessor est, qui auri possessorem sibi habuerit obsequentem. sed minime his in terminis modo sumus, nanque cum animum *dominus* marchio prefatus per suos ambassiatores regie majestati offerat, aurum sibi reservat. joco et sale vobiscum[4] utar licenterque loquar. videtur mihi decliviorem esse apud marchionem animum quam pecuniam. cum illum offerat, istam excipiat. jocor vobiscum[4] et tamen a vero non absum. obsecro, affinis optime, quomodo renuere potest *dominus* marchio, annuam aliquam[5] pecuniam contribuere, si civitas ad imperium devoluta pro parva re sibi committatur, aut quomodo conqueri ipse posset, si mitius ipse a suo superiore tractetur, quam subditi ejus ab eo? loquor confidenter vobiscum[4] de tanto principe, qui cum sit sapientissimus, nichil gratiosius audire debet quam veritatem et homines, libere quod sentiunt loquentes. ego quidem sue prestantissime virtuti mirum in modum afficior fateorque pro sua erga me dilectione obnoxium me fore, manibus pedibusque et omni conatu suum honorem atque commodum promovere, et ita facio quoad possum nec meum obsequium dominationi sue unquam deerit. verum in re hac, de qua sermo est, non possum serenissimo domino meo regi, presertim justa petenti, adversus esse. nam quod propter onera diversa exhaustum esse erarium suum dominus marchio contendat, colorem non habet, cum tam divitem terram habeat cumque unicus ipse in tota Italia propter suam et patris prudentiam semper pace potitus sit, expensarum, quas bella volunt, expers. vellem loqui posse cum ipso domino[6] marchione, sperarem nanque rem istam componere. sed rogo, ut vos,[7] qui presens estis,[8] aperte cum sua dominatione loquamini[9] sibique dicatis,[10] ne pluris pecuniam quam regis existimet benivolentiam atque justitiam, ne grave sibi sit, magnos introitus modica expensa compararc, ne idcirco deberi sibi Mutinam existimet,

---

[1] *Ch.* instauret. — [2] *Ch. gleichfalls* dicitis (*Cugnoni liest falsch* dicitur) [2] *ohne Korrektur.* — [3] *Cugnoni liest falsch* quum, *das Eneas überhaupt nicht kennt.* — [4] *Ch.* tecum. — [5] *Cugnoni falsch* equam. — [6] *Fehlt ebn.* — [7] *Ch.* tu. — [8] *Ch.* es. — [9] *Ch.* loquaris. — [10] *Ch.* dicas.

Digitized by Google

quod multis jam annis antecessores sui illam tenuerint, quoniam quanto diutius illam habuerunt, tanto magis imperio obligantur. dixi, quod mihi visum est, libere atque aperte. nam ex his, que doctor eximius dominus Albericus mihi scribit, perfici posse negotium non video nec majestas regia ad id inclinatur. quod autem prefatus *dominus marchio* rei mee causa ipsum dominum Albericum miserit Mediolanum et pro me scripserit magnifico Ugueccioni, gratias ago sue dominationi, quas possum ingentes, paratus privatis obsequiis sue benignitati vicem rependere. valete et, ut facitis, me amate.[1] datum *Gretz die 16. septembris 1443.*[2]

XLVI.

K. Friedrich an K. Alfonso von Aragon; Graz, 16. September 1443. Legt die Gründe dar, warum er Leonello von Este nicht von der Zinsung an das Reich befreien könne.

Aus cod. Chigi J VI 208, Bl. 31 mit des Eneas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XIII). Verglichen mit cod. Göttweih 390, Bl. 18v.*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, etc. serenissimo principi Alfonso, eadem gratia Aragonum ac Sicilie regi, fratri nostro carissimo, salutem et votiva felicium successuum incrementa.

Non latent nos eximie dotes, quibus illustris Leonellus marchio Estensis, noster et imperii sacri fidelis dilectus, pollet nec nova est apud nos fama virtutum suarum, quas jam dudum verissimis testimoniis et cognovimus et dileximus. itaque non debet fraternitas vestra dubitare, quin suus gener nobis notus sit et dilectus. verum quia in litteris, ad nos nuper directis, de vicariatu Mutinensi facitis mentionem, petentes, ut illum absque censu aliquo prefato genero vestro conferre velimus, ac mirari videmini, quod eidem gratiosi non sumus, informare fraternitatem vestram de rei veritate statuimus, ut sciat vestra fraternitas,

---

[1] *So auch in Chigi.* — [2] *Ort und Datum fehlen clm.; Ch. hat* Vienne, kalendis novembris 1443, *eine Datierung, die unmöglich ist. Der Brief behandelt dieselbe Angelegenheit, wie der Schlicks an Maletta vom 16. September; da dieses Datum durch die Erwähnung des St. Michaeltages feststeht, kann auch der vorliegende Brief nur in diese Zeit fallen und ist wohl am selben Tage geschrieben. Auch war Schlick am 1. November nicht mehr in Wien, sondern auf dem Wege zum Reichstage in Nürnberg.*

Digitized by Google

nos et gratiam predicto marchioni et liberalitatem ostendisse. nam cum vicariatus hujusmodi, per mortem bene memorie Nicolai, marchionis Estensis, hujus moderni patris, ad nos pleno jure devolutus esset ipseque Leonellus ad nos illum petitum misisset, licet nos pro aliquali Romani imperii sublevatione disposuissemus dominia, que devolverentur, retinere nec ultra alienare, quia tamen singulares virtutes singulari sunt privilegio digne, annuere sibi voluimus eumque de illo investire, sub annuo tamen nobis et successoribus nostris censu prestando. id visum est eidem Leonello fortasse durum et propterea vestra fraternitas suadet, petitque ut censum remittamus. sed non debet illi gravius esse imperio quam ecclesie censum prebere. solvitur pro Ferraria Romano pontifici. minime absurdum est, pro Mutina aliquid prestari imperio, nec nos rem facimus novam, cum et antecessores nostri census consueverint pro vicariatibus suscipere, nec admirari vestra fraternitas debet, si nos ex terris imperii ea volumus nobis impendi tributa, que Romani pontifices a suis exigunt subditis, que tamen non peteremus, si status imperii alius esset. sed cogit nos debitum suscepti officii, ne nos, qui nomen suscepimus augusti, diminuere jura imperii videamur. rogamus igitur vestram fraternitatem, ut ponderare singula velit, et causas, que nos movent, mente suscipere, nec mirari, si, prout optatis et nobis cordi esset, postulatis vestris in toto non annuimus, quia quod possumus id efficimus. et quidem ob vestre serenitatis intuitum adhuc aliquid, si prefato Leonello gratum fuerit, immutare disponimus ex primis conditionibus, prout eidem Leonello significavimus. quod si plus cum honore nostro nobis liceret, tum vestre fraternitatis, cui semper affecti sumus, respectu, tum ipsius Leonelli virtutum, quas amamus, consideratione, quam libentissime faciemus. datum in opido Gretz, die 16. septembris anno 1443.

XLVII.

Kaspar Schlick an den Markgrafen von Este; Graz, 17. September 1443. Dankt ihm für seine Bemühungen in der Mailänder Angelegenheit und hofft, für den Markgrafen in Zukunft mehr erreichen zu können.

Aus clm. 12725, Bl. 117 und Chigi J VI, 208, Bl. 33 mit des Eneas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XIV).*

Digitized by Google

Gaspar Sligk, imperialis cancellarius, *salutem plurimam dicit* domino Leonello, marchioni Extensi.[1]

Illustris princeps et excellens domine.[2] ex litteris eximii utriusque juris[3] doctoris domini[4] Alberici de Maletta, consiliarii vestri, percepi, quantam curam vestra *illustrissima* dominatio pro me subierit, mittendo eundem dominum Albericum usque[5] Mediolanum scribendoque *illustrissimo* principi domino[6] duci ac magnifico domino[4] Uguccioni gubernatori in favorem meum, nichilque omittendo, donec res mea ad finem perduceretur. unde intelligo, ex promotione vestra negotium meum expeditum esse faciliter, quod alias difficillimum putabatur. circa quam rem nescio, quid aliud dicam, nisi quod tanto magis me sentio vestre *illustrissime* dominationi obligatum, quo minus id ex eadem expectabam. nam cum nulla essent mea erga vos merita, nullo pacto putabam, dominationem vestram tantam esse pro me diligentiam facturam, nec ego id unquam expetere fuissem ausus. sed vicit omnem opinionem meam vestra benignitas voluitque me beneficiis emere.[7] recognosco itaque me *vestre illustrissime dominationi* fidelem atque paratum ad omnia ejus mandata, que mihi possibilia sint, et quippe, *illustrissime* princeps, quotienscunque aliquid mihi mandatum per vos fuerit, quod mea in potestate sit aut mea possit opera confici, non minus libenter obsequar, quam vos precipietis. et utinam possim aliquando vestris erga me[8] meritis condigna prestare servitia. scribit mihi preterea idem dominus Albericus de facto vicariatus Mutinensis. in qua re quid factum sit eidem respondeo. ideo non opus est, hic repetam. tantum suadeo, ut *vestra illustrissima dominatio* serenissimi domini nostri regis ordinationem suscipiat, quod, si nunc non est omnino sicut velletis, non tamen multum distat et successione temporis res poterit melius aptari, crescente dietim inter utrumque vestrum benivolentia.[9] alia scriptu digna non occurrunt. valeat vestra *illustrissima* dominatio, et me semper inter suos computet. datum Gretz, 17. septembris 1443.[10]

---

[1] *Clm. hat dafür:* Dominus cancellarius ad dominum Leonellum, marchionem Extensem. — [2] *Die Anrede fehlt Chigi.* — [3] *Ch.* juris utriusque. — [4] *Von Eneas gestrichen.* — [5] dominum — usque *von Eneas gestrichen.* — [6] illustrissimo — domino *von Eneas gestrichen.* — [7] *So in allen Handschriften; Cugnoni setzt dafür* cumulare? — [8] *Fehlt clm.* — [9] scribit mihi — benivolentia *fehlt clm.* — [10] *clm. nur:* Datum.

Digitized by Google

XLVIII.

K. Friedrich an das Konzil in Basel; Graz, 23. September 1443. Beklagt sich, daß das Konzil seinen Wunsch, den Heinrich Schlick zum Bischof von Freising zu ernennen, unberücksichtigt gelassen habe, infolge dessen das Freisinger Kapitel zur Wahl einer ihm nicht genehmen Person (des Joh. Grünwalder) geschritten sei, und verlangt, daß das Konzil die ganze Angelegenheit vorläufig in suspenso lasse.

Aus Chigi J VI, 208, Bl. 51 mit des Eneas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XV).*

Reverendissimi in Christo patres, amici nostri carissimi.

Cognita pridem venerabilis quondam Nicodemi, episcopi Frisingensis, infirmitate, scripsimus reverendissimo in Christo patri, cardinali Arelatensi, amico nostro carissimo, ut in eventum mortis illius operam apud vestrum sacerrimum cetum interponeret, quod venerabilis Henricus, prepositus Boleslaviensis, apostolice sedis protonotarius, magnifici militis Gaspari Sligk, cancellarii nostri germanus, de quo plene confidimus et cujus prudentiam et idoneitatem perspectam habemus, ecclesie Frisingensi preficeretur, sine prejudicio tamen electionis future. postea vero, cum prefatus Nicodemus jam nature debitum persolvisset nobisque relatum esset, certas teneri in capitulo Frisingensi practicas, ut persona eligeretur nobis ingrata, honorabilem Hartungum, utriusque juris doctorem, oratorem nostrum, ad vestrum conspectum destinavimus, petentes, ut hac vice decretum de electionibus relaxantes, nostro intuitu prefatum Henricum ecclesie supradicte daretis episcopum, sicut idem Hartungus *vestris reverendissimis paternitatibus* latius explicavit. cujus petitiones exauditas non fuisse plurimum demiramur, nec littere vestre ad nos transmisse satisfaciunt. nanque ex duabus, quas fecimus, postulationibus unam saltem sortiri effectum putavissemus, cum illa Frisingensis ecclesia, sicut nostis, in dominiis nostris naturalibus omnia fere bona et castra possideat, et episcopus quicumque fuerit ibi, de nostro ducali consilio esse debeat, quem dari nobis secundum cor nostrum et nobis erat honestum optare et vobis justum concedere. et sane jam longissimis temporibus nemo illi ecclesie prefuit, nisi quem nostri antecessores, Austrie duces, promoverunt. nam et in hoc canones favent,

Digitized by Google

gratos principibus dari prelatos suadentes, quod nobis presertim concedi debuit, qui licet insufficientibus humeris ex divina tamen dispositione Romanorum regie dignitati presimus et illius ecclesie pontifex imperii princeps est et a nobis debet regalia suscipere. que cause paternitates vestras reverendissimas movere poterant ob nostram contemplationem relaxato decreto Henricum predictum mox promovisse, non per commissionem rem protelasse, sicut factum vestris percepimus litteris. ex qua re illud secutum est, ut canonici Frisingenses, sicut antea senseramus, ad electionem nobis minus gratam[a] processerint. de qua re credimus eos non multum commodi aut sibi aut eorum ecclesie recepturos. utcunque tamen est, quia mens nostra est, ut ecclesie predicte juxta nostrum desiderium provideatur, *paternitates vestras reverendissimas* exhortamur et rogamus attente, quatenus electionem, que facta dicitur, confirmare supersedeatis nobisque saltem in hac petitione morem geratis, ne priusquam vestro sacro cetui rescripserimus, aliquid de prefata Frisingensi ecclesia sive electione super ipsa facta disponatis. in qua re desideriis nostris plurimum complacebitis nosque ad sacri concilii commoda procuranda promptiores efficietis ex promptis. datum Gretz, die 23. septembris 1443.

Fridericus dei gratia Romanorum rex etc.

XLIX.*

K. Friedrich an den Dogen von Venedig; [Graz, 24. September 1443]. Wendet sich an ihn in der Angelegenheit dreier seiner Untertanen, denen auf venezianischem Gebiete 62 zum Verkaufe bestimmte Pferde gestohlen wurden, mit dem Ersuchen, er möge den Beschädigten zu ihrem Rechte verhelfen.

Aus clm. 12725, Bl. 173.

Duci Venetiarum.

Illustris, sincere dilecte. conquesti sunt nobis A, B, C subditi et fideles nostri dilecti, quod cum prefatus A suo et ipsorum nomine cum certis familiaribus nonnullos equos venales ad partes Italie, sicut moris est, conduceret ac in opido Cecil[b]

[a] *Johann Grünwalder, ein natürlicher Sohn des Herzogs Johann von Bayern und Kanonikus von Freising (Voigt: Enea Silvio I, 311).* — [b] *Sacile in der Provinz Udine.*

Digitized by Google

in Foro Julii[a] ditionis tue illos haberet, per potestatem dicti loci arrestatus fuit sibique equi numero 60 duo subrepti simul cum instrumentis et juribus prefatorum subditorum nostrorum et deinde, cum dictus A ac familiares prefati instarent, quod sibi restitutio fieret, suumque jus prosequi vellent, mandavit prefatus potestas hospiti, qui eos tenebat, ne amplius illis victualia ministraret, unde ipsi, non habentes, quomodo aliter viverent, quia hospes solitus eis providere de necessariis super eorum bonis prohibitus erat, necessario coacti fuerunt recedere, damnificati per oblationem dictorum equorum ultra valorem trium milium ducatorum auri. quas ob causas supplicarunt nobis conquerentes prefati, quatenus eisdem adversus subditos tuos, cum justitiam in tua ditione obtinere nequierint, repressalias juxta imperiales consuetudines concedere dignaremur. nos autem attendentes, quod hec preter tuum scitum transire potuerunt, sinceritatem tuam prius duximus requirendam, ut prefatis conquerentibus per potestatem antedictum mox receptis presentibus condignam fieri satisfactionem ac damnorum recompensam mandes. aliter vero intelligere potest sinceritas tua, quod in eventum denegate justitie subditis nostris, ut ratio exigit, providere cogemur. tuam sinceritatem premonitam facimus, ut eo melius scandalis obvies, quo singulis equius per tuos officiales administrari jus feceris. datum *Grecz, die 24. septembris 1443.*[b]

---

[a] *Das heutige Cividale.* — [b] *Das Datum ergibt sich aus der im selben Kodex, Bl. 173, folgenden Antwort des Dogen:*

Responsio Venetorum

Serenissimo et excellentissimo domino, domino Friderico, dei gratia Romanorum regi semper augusto, Austrie etc. duci, comiti Tirolis illustrissimo, Franciscus Foscari, dei gratia dux Venetiarum etc. recommendacionem et prosperorum successuum incrementa.

Respondentes litteris vestre majestatis, datis 24. septembris in opido Grecz, alias coram nobis deducta fuit querela parte Leonardi P. et sociorum, subditorum vestrorum, pro equis ipsi Leonardo sequestratis per potestatem nostrum Satilli ad peticionem cujusdam mercatoris Bononiensis, creditoris ipsius Leonardi, et ipsa intellecta, nos, qui semper singulari patrocinio et favore vestros omnes subditos amplexi sumus, sicuti omnibus notissimum est et scimus, vestram majestatem non latere. jussimus illico prefato nostro potestati, quod singulariter commissum habendo, vestrum prefatum mercatorem et subditum auditis juribus et allegationibus partium jus summarium ministraret, ne per dilationes et impensas partes deducerentur, et litteras nostras dedimus ipsi Leonardo

Digitized by Google

L.*

Kaspar Schlick an den Kardinal Giuliano Cesarini; [Wien, ca. Anfang Oktober 1443].[a] Über den bevorstehenden Türkenzug, die Gefangennahme des Pankraz von St. Miklós und die Ernennung seines Bruders Heinrich Schlick zum Bischofe von Freising.

Aus clm. 12725, Bl. 119v.

Dominus Gaspar ad dominum Julianum cardinalem de preparatione exercitus contra Turcos per regem Polonie cum baronibus Hungarie.

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime, post recommendationem.

Vidi litteras, quas regie m*ajestati* scripsistis intellexique preparationem, quam serenissimus princeps, dominus rex Polonie, cum baronibus Hungarie facit pro instaurando adversus Teucros passagio, cujus rei vestra r*everendissima* p*aternitas* solicitudinem gerit ex suo more continuam atque solertem. hoc admodum placet domino nostro regi, qui nichil magis desiderat quam Christiane religionis profectum, et sane, ut exercitus Ungarorum securius possint contra infideles continuare utque copie quam maxime adversus perfidam Maumeti sectam armari conducique valeant, inductus est prefatus dominus rex noster, tum propter

---

sive nuntio suo consignandas dicto nostro potestati. sicque non dubitamus, ipsum nostrum potestatem rectum jus partibus ministrasse, cum ab eo citra nunquam coram nobis querelatum sit nec aliam de materia ista habuimus notitiam. quod autem Leonardus ipse denuo coram vestra majestate comparens non vera imo falsa exponens adversus nostros represalias supplicaverit, dicimus quod miramur, dictum Leonardum non erubuisse coram majestate vestra dicere, non potuisse in nostra ditione justitiam obtinere, quam omnibus ministrari facimus et potissime vestratibus, quos uti proprios cives ubique locorum nostrorum fecimus haberi et amicabiliter pertractari. potest ergo majestas vestra facile judicare, quantum relatio dicti Leonardi fuerit veritati et honestati conformis nec propterea aliqualiter nobis suadere possumus, quod injuste petitioni sue circa represalias vestra majestas annuere velit. curabimus tamen particularius informari de eo, quod terminatum et sententiatum sit per dictum potestatem, et per alias nostras lucidius rescribemus vestre serenitati, ad cujus beneplacita nos solita affectione offerimus. datum in nostro ducali pallacio die 12. octobris, indictione 7. 1443. — [a] *Das Datum des Briefes ergibt sein Inhalt; er fällt nach der Ernennung Heinr. Schlicks (11. Sept.) und vor Martini (11. November) 1443.*

Digitized by Google

commune bonum, cui semper affectus est, tum propter consiliariorum suorum instantias ea suscipere treuguarum sive unionis capitula, que pridem sibi ex curia predicta domini regis Polonie transmissa fuere, ad quam rem ego quoque diligentiam apposui et operas adjeci possibiles. et quia per illa capitula non omnino firma unio videbatur, quia non omnes comprehensi fuerant, qui ad illius obervationem nominari debebant, addita quedam sunt, non tamen multa, que ad stabilimentum et robur firmissimum earundem treuguarum tendunt, sicut ex copia prefato regi Polonie destinata percipietis.* ut ergo tanto solidius adversus Christiani nominis inimicos signa ferantur bellica, quanto cum participibus fidei firmior unio fuerit, studeat *vestra reverendissima paternitas*, ut oratores domini nostri regis, qui pro conclusione harum treuguarum illuc veniunt, quam votivam assequantur expeditionem, quia ex hac parte me nonnichil laborante nichil deest ad bonam, veram et stabilem unionem conficiendam. quod autem de via per Valachiam facienda scribitis, admodum laudo, quia equestribus exercitibus aspera montium vitanda sunt patentesque campi suscipiendi. faxit itaque dei pietas, ut hoc passagium quam felix faustumque sit. capturam Pangracii cedula vestra et aliorum scripta mihi significarunt. utinam illa sibi ad salutem sue sit anime et mihi ad recuperationem bonorum meorum cedat, et utinam malo liberatus vicino priorem non inveniam, ad quam rem et pro pace mea privata vestra *reverendissima* paternitas optime cooperari potest, que admodum indubie spero. sed omnia deo nunc committamus. negocia sanctissimi d*omini* nostri, sicut mihi recommendastis, in dieta Nurembergensi totis viribus adjuvabo, quia obnoxius sum tum justitie insistere, quam ille fovet, tum ei prodesse, qui plurima in me beneficia cumulavit et novissime fratrem meum Frisingensi prefecit ecclesie, pro qua obtinenda maximos labores subivi contra vicarium Frisingensem. valeat reverendissima p*aternitas vestra* meque semper habeat recommendatum. datum.

---

* *Die Stelle beweist, daß der Abschluß des Waffenstillstandes zwischen K. Friedrich und Wladislaw von Polen tatsächlich, wie Fejer: Geschichte von Ungarn II² 478 gegen Chmel: Geschichte K. Friedrichs, II, 214 behauptete, noch in das Jahr 1443 fällt, wenn auch die Bestätigungsurkunde Friedrichs erst das Datum vom 21. Mai 1444 trägt (gedr. bei Chmel, Regest. Anhang, S. LXI).*

Digitized by Google

LI.

Wenzel von Bochow an seinen Bruder Johann; Wien, 12. Oktober 1443. Weigert sich, die Schulden des Bruders zu bezahlen.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 67; B. 124.

Venceslaus, regie cancellarie scriba, salutem dicit Johanni de Bochow, fratri carissimo.

Pulsas me crebris litteris, ut hospiti tuo panem solvam, quem comedisti, quasi tuus cibus mea pinguedo sit. at ego non inebrior vino, quod bibis, nec me tua pulmentaria juvant. tu da pecuniam, qui consumpsisti cibaria, ego meum aurum cur dem, qui vix tantum scribendo erado, quantum ad vitam sufficit. Thagus Hispaniam preterfluit, Pactolus Asiam, qui duo fluvii harenas dicuntur aureas habere. huc tibi eundum est, si aurum petis. cancellaria regia inops est vixque suos ascripticios nutrit. ego plus feci[1] tibi, quam deberem, qui vestem, quam emeram, novam dedi, ut te ab hospite quasi captivum redimerem. Martinus, quem Pannonia genuit, Italia nutrivit, Gallia pastorem habuit et omnis Christiana veneratur religio, nudo pauperi medium paludamentum prebuit, ego solidam dedi pallam. nunc quereris, non satis esse hanc. quid ad me? tu videris. quod potui, hoc feci; nisi sufficit, querere aliunde, quod sufficiat. vir maturus es, etate longevus, non tibi honori est, alienum subsidium querere, cum possis ex tuo officio invenire. quod si tenue est, quid ad me? proximus sum egomet mihi, vide tu tibi, ego mihi videbo. non curo, quid hospes dicat. vestem sibi, non me dedi, utatur ut lubet. si satis est, habet, quod suum est, si minus, in te actio est. me satis est, vestem amisisse. nichil ad me uxoris Job verba, nichil maledictio. nemo leditur, nisi a se ipso. cupiat mihi mala, quicunque vult. nisi opera faciam malo digna, in vanum maledicitur mihi. ego te rogo et alios omnes mei sanguinis homines, me ut jam missum faciatis, quia non sum in spem natus omnibus, qui vix mihi sum satis. vivite vos, ut potestis, et me nunquam fuisse natum credite. cogitate omnes, quomodo lucri facere animam possitis. id quoque ego curabo, reliqua vana, caduca, nulla sunt. hodie sumus, cras non erimus. ideo edificemus illic, ubi neque tinea neque

[1] *EI* prebui.

Digitized by Google

erugo est, ubi nec fur nocet nec latro. illuc meus fertur cogitatus. illic ut me queras volo et utinam invenias. de libris aliisque rebus tuis fac, quod justi est, et aliquando cogita sine me posse vivere, qui possum et statim mori et multum vivere. sed omnia in manu dei sunt. ideo illi serviendum est. tu vale et desine me amplius lacessere injuriis. datum Vienne, 12. octobris 1443.

LII.

Kaspar Schlick an das Kardinalskollegium; Wien, 14. Oktober 1443. Dank für die Wahl seines Bruders zum Bischofe von Freising.

Aus clm. 12725, Bl. 126 und Chigi J VI, 208, Bl. 76 mit des Eneas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XVII).*

Reverendissimi in Christo patres et domini mei colendissimi.

Promotionem fratris mei, electi Frisingensis, tam pronis animis per vestrum admissam[1] collegium, ut mihi scribitur, magna et animi et mentis alacritate percepi. et quamvis labor non parvus nunc in adipiscenda possessione versetur, quoniam littere misse non sunt, voluntatem tamen et pronum mihi et germano meo complacendi desiderium vestrum considero, sentiens me pro vestra benignitate quoad vivam obligatum esse, vestro sacro cetui deservire. quod non minus libenter agam, quam vestre reverendissime paternitates intelligent, quibus me et fratrem humiliter recommendo, supplicans, ut pro capienda possessione et adversario prosternendo sacri provisionis apices transmittantur, quod et germano meo privatim et sacro[2] collegio vestro et apostolice sancte sedi publice conducet. ex Vienna, 2. idibus octobris 1443.[3]

LIII.

Kaspar Schlick an den Papst Eugen; Wien, 14. Oktober 1443. Dankt ihm für die Ernennung seines Bruders Heinrich zum Bischofe von Freising und bittet um schleunige Zusendung der

---

[1] *clm.* admissum. — [2] *Fehlt clm.* — [3] *Ort und Datum fehlt clm.*

Digitized by Google

Provisionsdekrete, um gegen den vom Kapitel ernannten Johann Grünwalder seinen Bruder behaupten zu können.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 77 mit der Eneas Bemerkung dimitte; *gedruckt aus clm. 14184, Bl. 135 und clm. 12725, Bl. 125ᵛ bei Voigt: Enea Silvio de Piccolomini I, 448.*

Beatissime pater et clementissime domine post devota pedum oscula beatorum.

Prebuerunt mihi singularem oblectationem amicorum meorum littere ex Romana curia venientes, quibus percepi, *beatitudinem* vestram venerabilem dominum Henricum, prepositum Boleslaviensem,[1] germanum meum carissimum, ecclesie Frisingensi episcopum prefecisse, in qua re non solum fratris commodum et domus mee honorem respicio, que certe quilibet, qui hominis gustum habet, et appetit et magnifacit, sed vestram erga me clementiam, humanitatem, benignitatem intueor, que non passa est, multas fieri pro me meosque preces, sed ad unas supplicationis mee litteras mox exauditam petitionem fecit. gaudeo certe mihi ipsi, cui contigerit vestre *beatitudinis* gratiam adipisci, que nec mutabilis est nec immemor erga servitores suos. gaudeo, quod mea opinio impleta sit, quoniam semper mihi persuadebam, vestram beatitudinem in aliqua re ostensuram, mea sibi servitia placuisse, quod nunc monstratum esse tanto magis letor, quanto id letiori animo et proniori mente per sanctitatem vestram factum fuisse cognosco. exigeret itaque presens locus epistole referre gratias vestre clementie, sed non sunt verbis facta recompensanda. scio me manibus pedibusque fore obnoxium pro vestra *sanctitate* niti idque feci hactenus, quoad potui et quoad vivam sum facturus, quamvis sciam, postquam omnia fecero, que vires mee valuerint, minimam persolvi partem beneficiorum vestrorum. nec idcirco deficiam, quod insolubile meum agnosco debitum. scio nanque, beatitudinem vestram animum magis meum quam potentiam animadvertere, ex servitoribusque suis more pii patris familias non quod debetur sed quod reddi potest exigere, quod certe in me nunquam negabitur. verum, pater beatissime, ut sanctitas vestra sciat, quomodo melius servitori suo et sibi providentiusque consulere possit, necessarium est, ut rem gestam significem. nanque sicut existimabam, secutum est in Frisingensi capitulo. electus enim

[1] *Der Zusatz fehlt clm.*

Digitized by Google

est, quamvis ut accepi per minas, preces et premia, ille dominus Johannes Grunwalder, de quo antea vestre beatitudini scripseram, me suspicari. isque jam omnem[1] in Bavaria possessionem adeptus est, quia Salczburgensis archiepiscopus ipsum confirmavit. nunc vero sunt hic oratores capituli et illustris principis, domini ducis Alberti, habentes et aliquorum Bavarie ducum supplicatorias litteras, quibus serenissimum dominum nostrum regem dietim infestant, ut castrorum possessionem concedat electo suo. ego contra nitor. dico, fratrem meum jus habere, peto, ne fiat injuria, possessionem quoque deposco. sed quia non habeo litteras provisionis, possessionem nequeo adipisci vixque possum adversarios impedire et, nisi esset optima regis erga me voluntas, jam nostris emulis esset mos gestus vestreque *sanctitatis* acerbus hostis hanc haberet ecclesiam et in consilio regis locum, quod quanti dampni esset, vestrum magis est considerare quam meum scribere. ego tamen hec omnia previderam vestreque beatitudini insinuaveram, ideoque aliquantulum miror, retentas esse sub cujusdam annate colore provisionis litteras, cum nosse debeant vestri officiales, vix me cum litteris, nedum absque illis, tanto adversario posse resistere, cujus latus omnes Bavarie principes stipant, quem prelatorum major pars juvat et universitas non abhorret. dicunt nanque omnes, illum juxta decreta, per nationem recepta, electum et confirmatum esse nec posse regiam serenitatem illi honeste repugnare. ideo in hoc negotio non tantum fratris mei res, sed vestre b*eatitudinis* agitur, ne vestri hostes robur accipiant et in curia majestatis regie tutorem habeant, quod ego sine litteris avertere diu non potero et propterea supplico, ut illas mitti jubeatis per harum bajulum, ne res propter hujusmodi annatam pereat, quam puto b*eatitudinem* vestram nolle a me exigere, qui aliis in rebus hanc promereri spero. scit enim vestra clementia, quod de hac re annatarum in diversis dietis actum est et sicut arbitror in Norembergensi agetur ibique non ambigo, quin hanc annatam possim apostolice camere superlucrari et sub hac spe supplico vestre b*eatitudini*, ut illam velit fratri meo remittere, quia, ut video, maximas expensas subiturus est, si hanc ecclesiam assequi debet, nec intueor, quomodo ea, que in Bavaria sunt, habere valeat. utinam sibi, que in manu regis sunt, non denegentur

[1] *clm.* omnia.

Digitized by Google

sicut nec denegabuntur spero, si littere cito advenerint, quas, ut transmitti celeriter mandetis, tanto attentius supplico, quanto in majori dilatione majus video immineri periculum, quod vestra *sanctitas* dignetur non solum animadvertere sed etiam avertere tum pro comuni utilitate rei publice Christiane et apostolice sedis, tum pro vestrorum servitorum comodo et honore, ne in re cepta cum rubore deficiant. de me dico et germano meo electo, qui ad vestra mandata tanto sumus paratiores, quanto vestram clementiam erga nos sumus benigniorem experti, ad cujus pedes nos humillime reddimus recommendatos. ex Vienna, die 14. octobris 1443.[1]

LIV.

Heinrich Schlick an Papst Eugen; Wien, [Mitte Oktober 1443]. Dank für seine Ernennung zum Bischof von Freising.

Aus clm. 12725, Bl. 125 und Chigi J VI, 208, Bl. 75 mit des Eneas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XVI).*

Beatissime pater.

Accepi, b*eatitudinem* vestram me nuper ad Frisingensem ecclesiam promovisse, quod nec meis meritis nec ulli sufficientie mee, sed summe vestre benignitati ascribo, que in me pusillo fraterna servitia premiare intendit. cognosco ego, quam longe[2] absim ab ea prestantia, qua preditus esse deberet, qui pastorale officium subiturus[3] est nec meum imperfectum[4] ignoro. sed quoniam sic placet vestre beatitudini, subibo pondus et munus mihi creditum, sperans clementiam vestram erratus, quos ignorantia mea commiserit, correpturam potius quam punituram. deberem ego pro multis beneficiis amplissimisque honoribus, mihi per vestram beatitudinem jam dudum collatis, et pro hac summa[5] mihi credita dignitate gratias agere. sed superant omnem vim dicendi beneficia vestra. ideo silere magis duxi quam diminute loqui. germanus meus, magnificus dominus cancellarius, vicem implebit meam nec tantam vestre beatitudinis humanitatem irregratiatam transire permittet. ego quoque, si qua in re valebo, benignitatis vestre memorem me prebebo, et si pro re condigne servire non potero, illud certe curabo, ut

---

[1] *Ort und Datum fehlt clm.* — [2] *Fehlt Chigi.* — [3] *Ch.* subicians. — [4] *Cugnoni liest falsch* meam imperfectionem. — [5] *Cugnoni liest falsch* prima.

Digitized by Google

vestra sanctitas me grati esse animi recognoscat, cui me humiliter recomendo. personam vestre sanctitatis sanam et incolumem conservare dignetur altissimus feliciter et longeve regimini ecclesie sue sancte. datum Vienne.[1]

LV.*

Kaspar Schlick an einen Kardinal; [Wien, Mitte Oktober 1443]. Dankt ihm für seine Bemühungen in der Angelegenheit seines Bruders um den Freisinger Bischofsstuhl und bedauert zugleich, daß die Provisionsschreiben noch nicht eingelaufen seien.

Unvollständig. Aus clm. 12725, Bl. 126v.

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime, post recommendationem.

Intellexi, quomodo vestra *reverendissima paternitas* in favorem germani mei, electi Frisingensis, se habuerit nec aliter de vestra *in* me summa humanitate putabam. sed placet mihi admodum, confirmatam esse opinionem meam, ut agnoscant alii, non vanam spem meam fuisse. verum, *reverendissime pater*, dominus Jo*hannes* Gr*ünwalder*, quem Basilienses in card*inalem* assumpserunt, sicut ego rebar, ad Fris*ingensem* ecclesiam per capitulum electus est, multis tamen ducum Bavarie et minis et promissionibus intervenientibus, ac postmodum confirmatus per dominum Salcz*burgensem*. parum esset, provisionem factam esse fratri meo nisi et littere mitterentur, quas audio propter annatas detineri in camera. quod si sic sit, impossibile est, ad. versario me resistere . . .

LVI.

Kaspar Schlick an Niccolò degli Arcimboldi; Wien, 16. Oktober 1443. Orsini könne Piombino gegen einen jährlichen Zensus von mindestens 15000 fl. haben; der König werde bestimmt nach Italien kommen.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 80 mit des Eneas Bemerkung dimitte; *N. 185.*

Gaspar Sligk *salutem plurimam dicit* Nicolao de Arzimboldis, amico optimo.

---

[1] *clm. nur* Datum.

Digitized by Google

Recepi litteras vestras,[1] quas super facto Plumbini ad me misistis petendo, ut providerem, quod aliquid fundamentum haberetis, quo mediante tractare de feudo Plumbini possetis, ne in vanum inciperetis. ostendi litteras vestras regie sublimitati obtinuique, ut vobis scriberetur, quemadmodum ex litteris regiis intelligetis, quas vobis cum presentibus mitto, suadens, ut rem istam inchoetis videatisque, an Ursinus velit summam, quam rex petit, exbursare, cui hoc persuadere potestis pluribus modis. nam cum dominium illud ad imperium devolutum sit, non est dubium, quin omnes redditus regie majestati debeantur, itaque teneretur pro pluribus annis. exinde debet ipse considerare, quod et Senenses et Florentini et alii illud dominium petunt, non parvam pecuniarum summam offerentes, et si rex illis complaceret, bene scirent ipsi possessionem adipisci. et plura alia dicere potestis, que animum ejus movere habeant, cum nulla potestas sit duratura, que juris caret fundamento. si tamen omnino videretis, summam per regem petitam obtineri non posse, videatis an sexdecim vel saltem 15 milia ad minus possint haberi, quia ego modum recipiam, quod regia serenitas acquiescat et curabo, quod vobis exinde satisfiat pro vestris tribus milibus florenis, sicut alias vobis scripsi. ideoque velitis in hac re vestras operas et solitam diligentiam impertiri, quia et regi complacebitis et vestre utilitati consuletis, nec desperetis regiam majestatem in Italiam venturam, quia hoc sibi multum cordi est nec res Italas spernit sicut videbitis, quam primum res ecclesie composite fuerint. et licet vos putetis, Germanos non curare Italiam et propterea Italos Germaniam nichili pendere dicitis, aliter se res habet. nos Germani tardiores sumus ad motum quam Itali, sed ubi incipimus non tam facile desistimus, quemadmodum Itali. hec nostra natura est et, ut homines sunt, sic uti eis debemus. mihi spes est magna in rege nostro nec ambigo, ipsum Italiam petiturum et jura vendicaturum imperii, si modo vixerit, quod deus concedat ad imperii et totius Christianitatis prosperitatem. vos valete et me ut soletis amate. datum Vienne, 16. octobris 1443.

---

[1] *Im Anschluß an Nr. XLIII sind die Singularformen der Vorlage in die Pluralformen umgewandelt.*

Digitized by Google

LVII.

Kaspar Schlick an Uguccio dei Contrari in Mailand; Wien, 17. Oktober 1443. Dankt ihm für seine Bemühungen in der Mailänder Angelegenheit. Der Herzog von Mailand sei vom König zum Nürnberger Tag eingeladen, Lorenzo Rotella mit der Überbringung des Schreibens betraut worden; wenn der Herzog es nicht erhalten habe, müsse die Überreichung durch einen Umstand verzögert worden sein. Bitte, sich des Eneas Silvius in Sachen seiner Mailänder Praepositur anzunehmen.

Aus clm. 12725, Bl. 136 und cod. Chigi J VI, 208, Bl. 81 mit des Eneas Bemerkung dimitte; *N. 186.*

Gaspar Sligk, imperialis cancellarius, magnifico Uguccioni de Contrariis, ducatus Mediolani gubernatori, amico precipuo *salutem plurimam dicit.*

Magnifice vir, amice optime. non putabam me nunc litteras vestras suscepturum. nam cum regimini ducali presitis innumerisque curis detineamini, satis esse superque satis censebam, inter tot occupationes rem meam vobis fuisse studio, quam, sicut ex litteris eximii[1] doctoris[1] domini Nicolai de Arcimboldis agnovi, egregie absolvistis, ita ut post illustrissimum principem dominum meum ducem nulli magis quam vestre magnificentie debeam grates referri.[2] sed superat omnem humanitatem vestra benignitas, que non contenta est desiderium meum implesse, nisi etiam suavissimis litteris suis me visitet, quas pro magno munere penes me habeo tanquam vestri erga me amoris perpetuos testes. illud tamen non nichil mihi molestum est, quod vestre magnificentie digne regratiari non possum. nanque ut omittam facta vix verba reperio, que mihi ad reddendam gratiam idonea videantur. sed scio, vestram prudentiam animum magis quam vires intueri, qui certe talis est, ut nichil possibile sit neglecturus, quod vobis esse noverit comodo vel honori idque velim semper de me vestre magnificentie persuasum fore. nunc eam partem epistole vestre attingam, qua mirari videmini, serenissimum dominum nostrum regem,[3] cum ceteris Christianitatis principibus scripserit pro conventione in festo sancti Martini jam proximo super factis ecclesie tenenda, solum *illustrissimum*

---

[1] *E I gestrichen.* — [2] *E I* gratias debeam. — [3] *E I* serenissimum regem nostrum.

Digitized by Google

principem dominum[1] ducem Mediolani neglexisse, circa quam rem ego quoque miratus sum, cum vestras recepi litteras, sed alio modo. non enim miratus sum, illum esse neglectum, qui inter primos et nominatus et apud regiam majestatem dilectus est. sed stupui regios apices sibi non esse redditos. nanque, cum littere in orbem mittende scriberentur jamque preceptum esset potissime prefato domino[1] duci scribi, affuit honorabilis[1] vir[1] dominus Laurentius de Rotella, canonicus Tridentinus, qui se laturum regia scripta spopondit et infra[2] dies quindecim Mediolani futurum responsumque remissurum. qui si litteras non reddidit, aut malo consilio fecit aut aliquo impedimento preventus fuit, et certe nos hic valde turbati sumus, responsum non esse habitum, cum ille hinc circa decimum[3] diem julii recesserit. effectus autem litterarum erat, quod *illustrissimus* dominus dux prefatus ad tollendum scisma, quod nunc viget, per viam concilii generalis noviter congregandi cum majestate regia et dominis[4] electoribus vellet concurrere[5] tanquam imperii princeps et communis utilitatis zelator, de sua intentione ante festum predictum respondendo. quod si postea litteras non habuerit prefatus dominus[6] dux, rogo, ut ista sue celsitudini reseretis, ne se vel neglectam putet vel spretam, cum regia majestas sibi ultra omnes imperii principes tanquam consanguineo et imperii fidelissimo afficiatur eumque adhortari velitis, ut oratores, quos preelegerat, transmittat et in facto ecclesie cum voto regie majestatis, quod purum et sincerum est ad unionem ecclesie provocandam, concurrat. exinde, cum videam vestram magnificentiam rogatibus meis pronissimam, non erubescam, postquam meam rem perfecistis, abuti humanitate vestra, regios servitores et amicos meos eidem recomendando. est in cancellaria nostra regius secretarius Eneas Silvius Senensis, mihi admodum dilectus et regie majestati percarus, quem Leonardus de la Serrata, clericus Vercellensis, prepositura sua sancti Laurentii majoris Mediolani spoliavit, ipsum mortuum Basilee fingendo. scripsit per prefatum Laurentium regia serenitas domino duci, ut eidem Enee prepositura sua restitueretur. nescio quid secutum sit. nanque, si littere alie reddite non sunt, neque ista verisimiliter presentate sunt. ideo precor vestram magnificentiam, ut Eneam ipsum

---

[1] *EI gestrichen.* — [2] *EI* intra. — [3] *Ch.* vigesimum. — [4] *EI* principibus. — [5] *EI* concurreret. — [6] *EI gestrichen.*

Digitized by Google

recomendatum recipientes ducalem excellentiam informare de hac re velitis et regie majestatis intuitu, que jam pro Enea scripsit, et meum ob respectum rogare, ut prepositura restituatur. novitates vero harum partium alias in presentiarum scribere nequeo, nisi quod hic Bohemi sunt in magno numero, petentes, quod majestas regia administrationem regni nomine regis Ladislai pupilli suscipiat, cum quibus in tractatibus sumus, conclusionem bonam auctore domino prestolantes. valete optime et me ducali amplitudini faciatis commissum, qui ad ejus et ad vestra mandata pronus sum et ero quoad vixero. datum Vienne, die 17. octobris anno 1443.[1]

LVIII.

Kaspar Schlick an den Markgrafen von Mantua, Gianfrancesco Gonzaga; Wien, 24. Oktober 1443. Spricht sein Bedauern über des Markgrafen Erkrankung aus. Über den Friedensschluß zwischen Mailand, Venedig und Florenz, die Verhandlungen mit den Böhmen und den bevorstehenden Tag in Nürnberg.

Aus clm. 12725, Bl. 135 und Chigi J VI, 208, Bl. 94 mit des Eneas Bemerkung dimitte; *N. 188.*

Gaspar Sligk *salutem plurimam dicit* illustri principi Johanni Francisco, marchioni Mantue, domino et affini carissimo.

Affertis[2] mihi litteris vestris[3] singulare gaudium, quotiens ad me scribitis,[4] quia et amorem erga me vestrum[5] et humanitatem, qua me prosequimini,[6] quasi videns in illis lego. vellem tamen letiora audisse de sospitate vestra.[7] nam cum scribatis,[8] vos[9] superioribus diebus egrotasse nec adhuc pristinam recuperasse sanitatem, non levem molestiam capio, qui omne vestrum[5] incomodum meum duco. scio tamen necessarium esse omnes, qui vivunt, nunc validos nunc debiles fieri. nec status hominum firmus est nec ulli datur, perpetua, frui alacritate. nostrum itaque est, armare mentem contra omnem fortune impetum scireque et sanitatem ferre et egritudinem et, cum patitur corpus, adjumenta, que possumus, illi conferre, quod maxime decet principes facere, ex quorum vita salus multorum

[1] *Ort und Datum fehlt clm.* — [2] *Der Brief hat in Ch. von Eneas Singularformen erhalten; clm. hat die ursprünglichen Pluralformen bewahrt. E I* Affers. — [3] *E I* tuis. — [4] *E I* scribis. — [5] *E I* tuum. — [6] *E I* prosequeris. — [7] *E I* tua. — [8] *E I* scribas. — [9] *E I* te.

Digitized by Google

pendet. et quamquam non dubitem vestram illustrem dominationem[1] nichil ommittere ex necessariis, hortor tamen, quia amor impellit, ut convalescentie vestre[2] tanto amplius studeatis,[3] quanto plures sunt, in personam vestram[4] qui dirigunt oculos, quos vestra[5] sospitate velitis reddere[6] consolatos, inter quos et me letum efficietis,[7] qui vestram[8] optimam valitudinem non minus libenter audiam, quam sentio meam. video preter hec, quam diligentiam facitis,[9] ut regia majestas de novitatibus Italie reddatur certior, in qua re plurimum sibi complacetis,[10] qui vestro[11] statui vestroque[12] honori admodum afficitur. recepi enim capitula federis, inter illustrem dominum[13] ducem Mediolani et Venetos ac Florentinos initi,[a] eaque serenissimo domino nostro perlegi, que vobis[14] gratias agit ex instructione hujusmodi. cupide nanque agnoscit res Italas, ut qui suo tempore sperat jura imperii vendicare. cur autem dux Mediolani ad hoc condescenderit, nec scire ego possum nec imaginari, qui causas urgentes nullas intueor, nisi adhuc palam veniant. ille tamen sibi sapientissimus habetur nec putandum est, ejus prudentiam absque ratione moveri. aliquid latet alios, quod est illi notum. sed velit illi deus, ut bene omnia cedant, nos hic non habemus alia nova, nisi quod his diebus magni tractatus habiti sunt cum Bohemis, qui in magno numero[15] huc venerunt. res optime absoluta est, ita ut majestas regia tutorio nomine dominus illius regni censeatur. super factis ecclesie mittuntur oratores ad Nurembergam, inter quos ego unus sum designatus eroque ibidem deo dante cum aliis in festo sancti Martini proximo. quid sequetur, sciri adhuc non potest, quia varie sunt voluntates. ibi tamen aliqua conclusio recipietur, que utinam salubris sit. regie majestati facio sepe de vestra *illustri* dominatione[16] mentionem semperque illam vobis[17] affectam invenio. me non expedit, ut vobis[18] offeram, quia jam dudum sum vester[19] nec habetis nisi mandare, quia in omnibus paratus sum parere, que mee vires possint implere.[20]

---

[1] *EI* te. — [2] *EI* tue. — [3] *EI* studeas. — [4] *EI* tuam. — [5] *EI* tua. — [6] *EI* reddere velis. — [7] *EI* efficies. — [8] *EI* tuam. — [9] *EI* facis. — [10] *EI* complaces. — [11] *EI* tuo. — [12] *EI* tuoque. — [13] *EI* gestrichen. — [14] *EI* tibi. — [15] in—numero *EI gestrichen.* — [16] *EI* de te. — [17] tibi. — [18] *EI gestrichen ohne Korrektur.* — [19] *EI* tuus. — [20] nec—implere *EI gestrichen; dafür* mandare potes in omnibus parato.

[a] *24. September 1443 (Cipolla 414.)*

Digitized by Google

recomendo me *illustri* dominationi vestre,[1] supplicans, ut me sepe de occurrentibus instructum efficiatis.[2] ex Vienna, die 24. octobris 1443.[3]

LIX.

K. Friedrich an Herzog Ludwig von Savoyen; Wien [Ende Oktober 1443].[a] Hat gerüchtweise gehört, daß Ludwig sich den aufständischen Zürichern angeschlossen habe; er hält das für ausgeschlossen und ersucht um Antwort.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 15 mit der Notiz des Eneas: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni, Nr. VIII) und clm. 12725, Bl. 169.*

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole dux comesque Tirolis illustri Ludovico duci Sabandie principi et consanguineo nostro carissimo gratiam regiam et omne bonum.[4]

Illustris princeps, consanguinee carissime. Quam multis nos et imperium sacrum injuriis Suicenses cum suis complicibus dietim afficiant, dilectionem tuam credimus non latere. quis enim jam non audivit eorum contra Turicenses insultus, quis non intellexit, cum quanto furore adversus illam nostram et dicti imperii civitatem ipsorum[5] exercitus incubuerint? tibi certe, qui vicinus es patrie, in qua ista geruntur, ignotum esse non debet, quomodo Suicenses ipsi Turicensium agros populati sint, edificia rustica deleverint, predas ingentes abduxerint atque hominum multum effuderint sanguinem, non ecclesiis, non monasteriis parcentes, sed omnia tam divina quam humana igni subjecerint, quamquam[6] cives illi Turicenses contenti semper fuissent atque essent, si quid adversus eos querele Suicenses haberent, coram quibuscunque communitatibus ac principibus respondere[7] ac se juri et equitati subicere. hec fuit Turicensium continua oblatio et adhuc est. sed ceca illorum ambitio, viam rationis abhorrens, solum armis, quibus se plus posse confidebat, contendere voluit, nec contenta Turicenses[8] invadere, a nostris etiam naturalibus Austrie

---

[1] *E I* me tibi. — [2] *E I* efficias. — [3] *Ort und Datum fehlen clm.* — [4] *Die Adresse fehlt clm.* — [5] *Chigi* eorum. — [6] *Chigi* denique. — [7] *Chigi* intendere. — [8] *clm.* Svicenses.

[a] *Das Datum ergibt sich aus den Regesten. Friedrich war vom 14.—29. Oktober in Wien.*

Digitized by Google

dominiis non abstinuit. est enim sic hominum conditio, ut, postquam semel limites justitie preterierint, omnia plana extiment nec ab ullo illicito retrahant pedem, nisi viribus fuerint revocati. hi postquam suis insolentiis resisti viderunt, seque non posse, ut opinabantur, facile voto potiri, sed omnes eorum conatus preveniri multoque sanguine sibi constare victorias, vicinos populos, ut sibi sint auxilio, magnis precibus fatigare et[1] sub vigore federum requirere ceperunt, et, sicut nobis relatum est, tuam quoque dilectionem pro subsidio vexant. quod[2] etsi non dubitemus te negaturum, multum tamen illorum demiramur presumptionem, qui te, sacri imperii principem, cujus pater ducatus insignia et Gebennensem comitatum ab imperio suscepit,[a] cujusque majores preclaris dignitatum titulis ab eodem insigniti fuerunt, adversus imperium provocare ac infidelitatis et fellonie nota commaculare nituntur.[1] sed dicunt fortasse, te federis[3] vinculis ad id fore obnoxium, eamque inter vos esse conventionem, ut invicem prestare subsidia teneamini. que res forsitan adversus alios posset colorem habere. at contra imperium, quis tam hebes est, aut rationis inops, qui subditos extimet contra superiores federa posse[4] percutere? ubinam gentium hoc permissum est, ut vasalli adversus dominos se colligent? nobis equidem persuaderi non potest, aliquod tibi fore cum Suicensibus vinculum, per quod prejudicetur imperio, cui te scis fidem et obsequia debere, nec putamus, te aliquid temptaturum, quod ipsi imperio aut domui nostre prejudicet, quod nec virtuti tue nec sanguinis claritati foret conforme et in posterum tibi tuisque posset esse damnosum. nec enim domus Austrie ita tenuis est, ut Suicensium nequeat furori resistere, nec sacrum imperium ita depressum, ut non aliquando injuriam possit ulcisci. ea Turicensis civitas, sicut nosti, imperialis est, adversus quam si quid cause Suicenses habebant, tribunalis nostri debebant adire subsellia et a nobis expetere justitie complementum. sed ipsi, tanquam nullum superiorem habeant, jus sibi dicentes, tum im-

---

[1] *Fehlt Chigi.* — [2] *Chigi* ac. — [3] *Chigi* federum. — [4] *Fehlt Chigi.*

[a] *Amadeo von Savoyen hatte diese Würde und die Grafschaft 1416 von K. Sigismund erhalten (Carutti: Storia della diplomazia della corte di Savoia, I, 220, 301). Vgl. auch: Dändliker: Zur Charakteristik der Lage Zürichs 1443 und 1444 in Turicensia. Beiträge zur Zürich. Geschichte S. 71—87.*

Digitized by Google

perii, tum Austrie subditos conculcare nituntur. at nos, deo volente, neque imperium neque domum nostram intendimus sine defensione relinquere, sed omni conatu nostro pro illorum salute certabimus accendemusque ad superioris Almanie partes in proximo festo sancti Martini ac cum venerabilibus et illustribus electoribus sacri imperii et aliis nationis nostre principibus omnique nostri potentia ad compescendam illorum Suicensium insolentiam mediante justitia intendemus. interea dilectionem tuam hortamur attente, ut quemadmodum de tua erga nos et imperium sacrum affectione confidimus, ita plus apud te fidelitatis ratio et beneficiorum ab eodem imperio susceptorum memoria valeat, quam Suicensium inhonesta petitio quovis pactorum colore suffulta. responsum tuum optamus[1] nuntium per presentem.[2] datum Vienne.[3]

LX.*

K. Friedrich an Johann von Komotau; [Wien, Ende Oktober 1443].[a] Ernennt ihn zum Schiedsrichter in der Streitsache des Heinrich Heyden gegen Ercole dei Fantuzzi aus Bologna.

Aus clm. 12725, Bl. 165v.

Venerabili Johanni *de Comitaw, electo Feltrensi et gubernatori episcopatus Tridentini.*

Conquestus est nobis pluries fidelis d*ilectus* noster Hen*ricus Heyden,* civis Viennensis, quod alias ipse in civitate Bono*niensi* per quendam Her*culem* de Fan*tuciis,* civem Bononiensem, nonnullis pecuniarum summis et aliis bonis absque ullo justitie colore extitit spoliatus, ideoque nobis supplicavit, ut adversus

---

[1] *In clm. korrigiert aus* petimus. — [2] *Chigi hat statt dieses Satzes:* ad quas res ut nobis per nuntium presentem respondeas vehementer optamus. — [3] *Fehlt clm.*

[a] *Das ungefähre Datum des Schreibens ergibt sich aus dem Umstande, daß Kaspar Schlick ihm einige Begleitzeilen mitgibt; Schlick befand sich am 1. November 1443 nicht mehr in Wien; das Schreiben fällt also vor diese Zeit; doch wohl nicht allzulange vor seine Abreise. Über die Namen der Beteiligten gibt auch der Erlaß des Königs vom 12. Mai 1444 (Nr. LXXXV) Auskunft. Zu Johann v. Komotau vgl. Bonelli: Monumenta ecclesiae Tridentinae III, 2, S. 285.*

Digitized by Google

cives Bononienses eorumque res et bona repressalias concedere vellemus. nos autem prout ratio exigere videbatur, communitatem ipsam Bononiensem requisivimus, ut dicto *Henrico* sua bona restitui faceret, que communitas nobis respondit, velle, quod in loco communi dictus Henr*icus* juri staret quodque ipse *Hercules* ad hoc promptus existeret, ob quam causam amplexandam hanc viam civitatem Tridentinam pro communi loco et te pro judice delegimus competenti, terminum utrique parti statuentes festum pur*ificationis* beate *Marie virginis* proxime futurum, infra quem tam *Hercules* quam Henricus predicti coram te debeant comparere. eapropter tibi committimus et mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, litem hujusmodi audias et debito fine decidas, faciens quod decreveris auctoritate nostra regia firmiter observari, testes autem, qui se gratia, odio vel timore subtraxerint, auctoritate prefata compellas veritati testimonium perhibere.

LXI.*

[Kaspar Schlick an Johann von Komotau; Wien, Ende Oktober 1443].[a] Empfiehlt ihm die Angelegenheit Heinrich Heydens.

Aus clm. 12725, Bl. 118v.

Compariturus est coram vobis honorabilis *Henricus*, civis Viennensis, mihi grata benivolentia junctus, qui quandam habet causam per vestram p*aternitatem* cognoscendam et jussu regio decidendam contra quendam Bononiensem. rogo ergo et precor, quatenus causam hujusmodi suscipientes *Henricum* predictum in sua justitia commendatum suscipiatis, celerem sibi expeditionem prebendo, in qua re mihi, qui vobis desidero in omnibus complacere, rem gratam acceptamque plurimum facietis.

LXII.*

K. Friedrich an die Stadt Bologna; [Wien, Ende Oktober 1443]. Mitteilung, daß er in der Streitsache zwischen Heinrich Heyden und Ercole dei Fantussi den Johann von Komotau zum Schiedsrichter eingesetzt habe.

Aus clm. 12725, Bl. 175v.

---

[a] *Der ziemlich kurze Ton des Schreibens macht es wahrscheinlich, daß Kaspar Schlick und nicht, wie vermutet werden könnte, Eneas als Absender zu betrachten ist.*

Digitized by Google

Romanorum rex Bononiensibus.

Scripsimus vobis hac preterita estate, ut fideli d*ilecto nostro Henrico Heyden*, civi Viennensi, qui vestra in civitate spoliatus absque ullo justitie colore fuerat, summam mille ducentorum ducatorum ac tres petias puri auri ad valorem sexcentorum et sexaginta florenorum simul ascendentium vel eorum valorem, in qualem dampnificatus noscebatur, cum satisfactione dampnorum inde habitorum restitui faceretis, alioquin repressalias perclare memorie Elizabeth, Ungarie etc. reginam, consanguineam nostram carissimam, concessas sibi confirmantes per sacrum Romanum imperium ampliaremus. vos autem respondentes dicitis, sicut ex litteris vestris percepimus, dictas pecuniarum summas sive res, prefato *Henrico* subreptas, cuidam mercatori et concivi vestro Herculi de Fantuciis vigore repressaliarum, per vestram communitatem sibi concessarum secundum formam juris assignatas fuisse, cum ille indebite per quendam nobilem vocatum Rater vexatus extitisset. nichilominus tamen de consensu dicti Herculis offertis ipsum juri statuturum cum prefato Henrico in quocunque loco, qui sit utrique partium communis, rogantes, ne ad repressaliarum concessionem moveamur, que tantum in casu denegate justitie sunt admittende. nos igitur, etsi juxta imperiales consuetudines merito potuissemus repressalias concedere, vobis tamen annuendum duximus vestrasque oblationes per dictum *Herculem* recipi volumus, ut scilicet in communi loco de hujus causa agatur, quem arbitrati sumus Tridentum esse, qui tamen concivi vestro multo aptior et vicinior est quam dicto *Henrico*, cum ex Bononia quatuor tantum, ex Vienna vero 12 diete sint ad Tridentum. judicem autem cause sive arbitrum, qui rem audiat et determinet, nominamus et arbitramur competentem esse venerabilem J*ohannem* de C*omitaw, electum Feltrensem et gubernatorem episcopatus Tridentini*, qui natione Bohemus est, nulli partium suspectus. ea propter vos hortamur et attente requirimus, quatenus civem vestrum prefatum inducere velitis, ut coram dicto gubernatore in festo purificationis b*eate Marie* virginis, proxime futuro, cum plena securitate de stando juri et judicato solvendo per se aut legitimum procuratorem conpromissurus in dictum gubernatorem compareat, quia similiter nos alteri parti mandavimus, quod si civis vester hoc renuerit et aliter dicto Henrico in hujusmodi termino satisfactum non fuerit ex nunc communitatem vestram reddimus certiorem, nos absque

Digitized by Google

ulteriori mora repressalias per dictam reginam concessas confirmaturos ac per terras imperii contra vos et res vestras ampliaturos.

LXIII.

K. Friedrich an Bischof Johann von Los in Lüttich; Graz, [Anfang Dezember] 1443. Bittet ihn, den Sängern seiner Kapelle, die aus der Diözese Lüttich stammen, Benefizien zu verleihen und ersucht, dem Sänger Johann Brassart zu gestatten, daß er ohne Nachteil für ihn sein Benefiz verlassen und an den kgl. Hof zurückkehren könne.

Aus clm. 12725, Bl. 182 und Chigi J VI, 208, Bl. 182 mit des Eneas Bemerkung dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXV).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, venerabili Johanni, episcopo Leodiensi, principi nostro devoto dilecto, gratiam regiam et omne bonum.[1]

Sunt in curia nostra regalis capelle nostre cantores etc.,[2] fideles nostri[2] dilecti, qui nobis jam dudum et fideliter et diligenter circa divinum officium et horas canonicas servierunt, qui omnes ex civitate vel diocesi tua Leodiensi sunt oriundi et, ut naturalis est omnium affectio, in patria potius sua quam in aliena consequi beneficia cupiunt. idcirco nos eos tibi duximus commendandos, ut in beneficiorum collatione memor velis[2] eorum esse eisque et eorum cuilibet, nostro intuitu, providere.[3] que petitio, etsi magna videatur, attenta tamen collatione tua, que amplissima est, qui[4] latam diocesim habes[5] et beneficia quam plurima conferre,[6] non nimis est, quod poscimus,[7] si, quantum ecclesia tua per Romanum imperium privilegiata et exaltata sit, attendas. hortamur igitur te attente, ut ex beneficiis, que vacatura sunt, ad tuam collationem pertinentia, prefatis cantoribus sic providere velis,[8] quod et nos[2] tuum erga nos affectum congnoscamus,[9] et ipsi cantores se[10] per nostras preces provisos digne juxta eorum nobis obsequia prestita recognoscant. exinde, cum honorabilis Johannes Brassart,[10] etiam capelle nostre cantor principalis, in beneficio suo, quod est tue diocesis, com-

---

[1] *Aufschrift fehlt clm.* — [2] *Fehlt Chigi.* — [3] *Ch.* providere velis. — [4] *Ch.* nam et. — [5] *Ch.* possides. — [6] *Ch.* conferre habes. — [7] *Ch.* poscimus, et presertim. — [8] *Ch.* provideas. — [9] *Ch.* recognoscamus. — [10] *Fehlt clm.*

Digitized by Google

moretur, ex te poscimus, ut sibi liberam prestes licentiam ad nostram curiam redeundi, eo proviso, quod mora sua, quam apud nos faciet, nullum sibi in suis beneficiis faciat prejudicium. in quibus rebus nobis plurimum complacebis et majestatem nostram ad tuos favores tanto magis allicies, quanto te erga nostros servitores benigniorem intellexerimus. datum Gretz, 1443.[1]

LXIV.

Der königl. Notar Sibicus an den Propst der Kreuzkirche in Breslau, Menenchus; Graz, [zwischen dem 26. November und 13. Dezember 1443].[a] Bittet ihn als seinen Prokurator, sobald sich die Gelegenheit ergebe, das ihm vom Könige versprochene Benefiz für ihn in Empfang zu nehmen.

Aus clm. 12725, Bl. 182 und Chigi J VI, 208, Bl. 220 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt Cugnoni Nr. XXXVI).*

Sibicus, notarius regius, Menencho, preposito ecclesie sancte crucis Wratislaviensis, *salutem plurimam dicit.*[2]

Venerabilis major honorande.[3] obtinui pridem a regia majestate confirmationem illius gratie, quam mihi clarissime memorie rex Albertus fecerat, concedendo mihi jus patronatus, quod reges Bohemie habent, ad primum beneficium cum cura vel sine cura in diocesi Wratislaviensi et civitate,[4] sicut in litteris regiis continetur, quas vobis[5] destinavi vosque[6] procuratorem meum constitui ad acceptandum beneficium[7] et recipiendum, si vacatio detur, quia in vobis[8] habeo omnem fiduciam meam. rogo igitur, ut, quemadmodum spero, sic faciatis[9] et contingente vacatione acceptetis[10] beneficium, si tamen pingue sit ad minus valoris 10 marcharum, importetis[11] et curetis[12] habere possessionem. quod si aliquid subsit impedimentum, mox mihi rescribatis,[13] quia hinc a regia majestate omnes oportunas litteras obtinebo et vobis[14] dirigam. insuper si videtis,[15]

---

[1] *Ort und Jahr fehlen clm.* — [2] *Die Adresse fehlt clm.* — [3] *Die Anrede fehlt Ch.* — [4] et civitate *fehlt clm.* — [5] *Ch.* tibi. — [6] *Ch.* teque. — [7] *clm.* possessionem. — [8] *Ch.* te. — [9] *Ch.* facias. — [10] *Ch.* acceptas. — [11] si — importatis *fehlt clm.* — [12] *Ch.* cures. — [13] *Ch.* rescribatis. — [14] *Ch.* tibique. — [15] *Ch.* vides.

[a] *Das Datum nach den Regesten. Denn der Notar befand sich wohl im Gefolge des Königs, der vom 26. November bis zum 13. Dezember in Graz weilte.*

Digitized by Google

quod ego aliquid pro vobis[1] possim, requirite[2] audacter, quia ut vires sufferent non deficiam, sed quemadmodum vos[3] cupio in rebus meis diligentem et promptum esse, sic me in vestris[4] exhibebo. valete[5] optime et mihi rescribite,[6] an litteras regias et procuratorium meum habueritis[7] sicut vobis[8] misi. datum Gretz 1443.[9]

LXV.

K. Friedrich an das Kollegium der Kardinäle in Basel; St. Veit, 27. Dezember 1443. Bittet, ihn in der Angelegenheit der Besetzung des Brixener Bischofsstuhles beim Konzil zu unterstützen.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 256 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXXV).*

Sacro reverendissimorum sancte Romane ecclesie cardinalium collegio in Basilea existenti Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, *salutem plurimam dicit.*

Reverendissimi in Christo patres et amici carissimi. relatum nobis est, non tamen adhuc confirmatum ex certo, venerabilem Georgium, episcopum Brixinensem, per hos dies ex hac vita migrasse. quod si verum est, uti putamus, non ambigimus, quin aliqui ad sacrum concilium recursum habeant super illa ecclesia, vel provisionem petentes, vel electionem aut postulationem de se factam confirmari flagitantes. nos tamen speramus, quod ipsum sacrum concilium in ea re manus non apponat, nisi prius de nostra voluntate instructum fuerit. est enim hattenus semper observatum, ut juxta beneplacitum antecessorum nostrorum, Austrie ducum, illi ecclesie provideretur, que in dominiis nostris constituta existit. et nostra plurimum interest, ut prelatus nobis fidelis et acceptus sortiatur eandem. ob quam causam scribimus eidem concilio, ut circa provisionem hujus ecclesie quovis modo fiendam supersedere velit, donec personam sibi, que nobis placeat et que tantam dignitatem adipisci mereatur, nominaverimus, quia omnino intendimus, prelatum virtutibus ornatum et fidelitate conspicuum ad ipsam ecclesiam poscere. vos ergo, qui, ut speramus, et honorem et commodum nostrum zelatis, rem hanc apud dictum concilium sic promovere velitis nostro intuitu, ut ex opera vestra preces nostras apud ipsum

[1] *Ch.* te. — [2] *Ch.* require. — [3] *Ch.* te. — [4] *Ch.* tuis. — [5] *Ch.* vale. — [6] *Ch.* rescribe. — [7] *Ch.* habueris. — [8] *Ch.* tibi. — [9] *Cugnoni falsch* 1444. *Ort und Jahr fehlen clm.*

Digitized by Google

concilium exauditas intelligamus. in qua re tanto nobis complacentiam efficietis majorem, quanto et nobis magis est cordi, quod querimus, et nostra per amplius interesse cognoscimus. datum in opido nostro sancti Viti die 27. decembris 1443.[1]

LXVI.

K. Friedrich an das Konzil in Basel; St. Veit, 27. Dezember 1443. Bittet, mit der Besetzung des Brixener Bischofsstuhles so lange zu warten, bis er eine geeignete Persönlichkeit vorgeschlagen haben werde.

Aus clm. 12725, Bl. 182v und Chigi J VI, 208, Bl. 205 mit der Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXXIV).*

Sacrosancto Basiliensi concilio Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, *salutem plurimam dicit.*[2]

Reverendissimi in Christo patres et amici carissimi.[3] migravit per hos dies ex hac vita, sicut accepimus, venerabilis Georgius Brixinensis episcopus.[4] quod si verum est, uti putamus, nondum enim plene sumus certiorati, venient ad cetum vestrum aliqui, vel provisionem vel postulationis aut[5] electionis confirmationem desiderantes. quare, cum illa ecclesia in nostris dominiis constituta noscatur servatumque hactenus sit, ut semper illi ecclesie ex voluntate predecessorum nostrorum, Austrie ducum, provisum extiterit, plurimum nostra interest, ut[6] juxta cor nostrum prelatus fidelis et nobis acceptus ibidem promoveatur, quod et honestas suadet et canones admittendum censent. has igitur ob causas reverendissimas paternitates vestras obnixe facimus exhortatas magnopereque deposcimus, ut circa provisionem ipsius ecclesie sive per viam confirmationis, sive per alium quemvis modum supersedere omnino velitis, donec vobis personam aliquam, de qua plene confidimus et que tante dignitati convenienter presit, nominaverimus. intendimus enim talem ad hanc ecclesiam postulare personam, que et illi utiliter presit, et tam vestro cetui quam nobis existat accepta. vos tamen velitis his nostris rogatibus annuere et in hac re, que

---

[1] *Ch.* 1444; *clm. fehlt Ort und Datum.* — [2] *clm. nur:* Dominus rex ad concilium Basiliense. — [3] *Die Anrede fehlt clm.* — [4] *clm. nur:* venerabilis etc. — [5] *clm.* vel. — [6] *Fehlt Chigi.*

Digitized by Google

nobis admodum cordi est, complacere. similiter rogantes, ut circa confirmationem ejus, qui ad ecclesiam Frisingensis electus dicitur, litteras vobis dudum scriptas exaudiatis, nobis in utraque re singularem complacentiam prebituri. datum in opido nostro sancti Viti, die 27. decembris 1443.[1]

LXVII.

K. Friedrich und Herzog Sigismund an Papst Eugen; St. Veit, [27. Dezember 1443]. Bitten ihn, mit der Besetzung des Bischofsstuhles von Brixen zu warten, bis sie ihm eine geeignete Persönlichkeit vorgeschlagen haben würden.

Aus clm. 12725, Bl. 182ᵛ und Chigi J VI, 208, Bl. 261 mit der Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXXIII).*

Sanctissimo in Christo patri et domino, domino Eugenio sacrosancte Romane ecclesie divina providentia summo pontifici, domino nostro reverendissimo, Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, et Sigismundus, Austrie dux, salutem plurimam dicunt.[2]

Beatissime pater et domine *reverendissime.*[3] accepimus ex quorundam relatu, venerabilem Georgium, episcopum Brixinensem, per hos dies mortem obiisse. quod si verum est, ut putamus, nondum enim certam habemus notitiam, haud dubium est, quin aliqui ad vestram[4] beatitudinem recurrant, aut provideri sibi aut electionem vel postulationem de se factam confirmari petentes, ut semper sunt, qui ad insignes anhelant ecclesias. sed est ista ecclesia in dominiis nostris ad comitatum Tirolensem pertinentibus constituta, et hactenus servatum est, ut ad illam ex voluntate predecessorum nostrorum, Austrie ducum, semper provisum extiterit. nosque ratione comitatus predicti protectionem et advocationem ipsius ecclesie gerimus, ob quas causas maxime nostra interest, ut eidem ecclesie juxta cor nostrum de prelato fideli et nobis accepto provideatur. ideoque beatitudinem vestram[4] hortamur attente et quoad possumus obnixe rogamus, ut circa provisionem istius ecclesie sive per viam confirmationis

---

[1] *Ort und Datum fehlen clm.; Ch. hat als Jahreszahl falsch* 1444. — [2] *Die Adresse lautet im clm.:* D. rex ad dominum papam. — [3] *Fehlt Chigi.* — [4] *Ch.* tuam.

Digitized by Google

sive per alium quemcunque modum supersedere velitis,[1] donec personam, nobis gratam et tali idoneam dignitati, vestre[2] beatitudini nominemus, qui neque indignum aliquem nec, ut speramus, vestre[2] sanctitati petemus ingratum. solum velit vestra[3] beatitudo rogatibus nostris annuere et nobis hac in re, quam plurimum cordi gerimus, complacere, ac, sicut de vestra[3] benignitate confidimus, pronis animis hanc petitionem admittere. datum in opido nostro[4] sancti Viti, *27. decembris 1443.*[5]

LXVIII.*

K. Friedrich an die Administratoren der Prager Kirche; [St. Veit, Anfang 1444?]. Setzt den Mathias von Brüx als Pfarrer in Budweis ein.[a]

Aus clm. 12725, Bl. 183.

Honorabilibus *Simoni de Nimburg et Georgio de Praga,*[b] administratoribus in spiritualibus ecclesie Pragensis sede vacante, ac illi vel illis, ad quem vel quos provisio, investitura, confirmatio aut quevis alia dispositio ecclesie parochialis in Bud*weis* ejusdem diocesis ad presens pertinere dinoscitur, devotis n*ostris* d*ilectis* gratiam etc.

Honorabiles devoti dilecti. ad ecclesiam parochialem prefatam in Bud*weis*, vacantem ad presens per obitum ultimi et immediati ejusdem ecclesie rectoris, cujus ecclesie jus patronatus

---

[1] *Ch.* velis. — [2] *Ch.* tue. — [3] *Ch.* tua. — [4] *Fehlt clm.* — [5] *Das Datum ergibt sich aus dem vorhergehenden Brief; als Jahreszahl haben beide Handschriften irrtümlich* 1444.

[a] *Zu dem Inhalte und zur Datierung dieser Urkunde vgl. Frind, Kirchengesch. Böhmens 4, 24, 242 und Palacký, Dějiny národu českého 6, 435, Anm. 122. Als 1442 die Pfarre in Budweis unbesetzt war, wählten die Budweiser zum Pfarrer einen ihrer Mitbürger, den Baccalaureus Andreas. König Friedrich präsentierte ihnen „um 1444“ (Millauer, Fragmente aus dem Nekrolog des Stiftes Hohenfurt 17) den Prämonstratenser Mathias von Brüx* — quemdam iniquitatis filium qui dicitur a congregatis in Basilea esse in episcopum electus *sagt Eugen IV. in seiner Bulle vom 17. November 1445 von ihm, der selbst wieder einen gewissen Magister Paul Židek aus Prag zum Pfarrer ernannte. Auch Kaspar Schlick bewarb sich für seinen Bruder Franz (?) um die Pfarre. Mathias aber siegte über seine Gegner, pilgerte 1447 nach Rom, gewann die Gunst Eugens und starb daselbst 1449.* — [b] *Der Kodex hat nur* n.

Digitized by Google

seu presentatio ad regem Bohemie pleno jure pertinere dinoscitur, nos, serenissimi principis Ladislai, ejusdem regni Bohemie veri heredis, patruelis nostri carissimi, gubernationem gerentes, qui tanquam suus consanguineus proximus eum tenemus, venerabilem in Christo patrem *Mathiam*[1] devotum *nostrum dilectum* vobis tenore presentium in dei nomine presentamus, desiderantes attente vosque seriosius requirentes, quatenus ipsum *Mathiam*[1] aut procuratorem suum legitimum ad hoc deputatum ad prefatam ecclesiam in Budweis instituere, de eadem investire et auctoritate vestra ordinaria, prout ad vestrum spectat officium, modis omnibus confirmare debeatis, curam sibi ejusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus fideliter committentes facientesque sibi de universis fructibus, redditibus et proventibus dicte ecclesie per eos, quorum interest, integre responderi, adhibitis circa hec ceremoniis nichilominus debitis et consuetis, etc.

LXIX.*

*[K. Friedrich an Galeazzo von Arco; St. Veit, 1. Januar 1444]. Hofft, daß Galeazzo trotz aller an ihn herantretenden Versuchungen vonseiten der Gegner bei ihm aushalten werde.**

Aus clm. 12725, Bl. 170.

Quamvis speremus, te memorem esse beneficiorum omnium, que ab inclita domo nostra Austrie vel tu vel tui majores susceperunt, quoniam generosus animus et plena virtutis mens nichil oblivisci preter injurias solet, intelligentes tamen ob eas mutationes, que in comitatu nostro Tiroli per hos dies sunt orte, diversos tractatus per nonnullos teneri, ut fideles nostri cum eis consentiant, non ambigimus, quin te quoque illi temptare presumant. virtutem tuam duximus exhortandam, ut quod illi agant consideres et nedum eis non annuas, sed eorum conatibus, quoad potes, resistas ac civibus nostris Tridentinensibus ad exhortationem locumtenentis nostri ibidem auxilium et assistentiam facias et advertas, quia nullus durare status potest nisi

[1] *Der Kodex hat nur* n.

* *Der Brief ist anonym überliefert; daß es ein Schreiben des Königs ist, unterliegt keinem Zweifel; da Eneas am 1. Jänner 1444 an Galeazzo von Arco einen Brief ähnlichen Inhalts richtete (Bd. I, Nr. 112), vermute ich, daß auch des Königs Schreiben an diesen gerichtet sei; Eneas begleitet kgl. Schreiben gern mit einem Briefe.*

Digitized by Google

qui sit in justitia et equitate fundatus. non poterit hec novitas diu manere, quia et deus dissipat consilia non recta, et nos omnino rebus his intendimus obviare. exinde vero dignis premiis et honoribus prosequimur, qui fidem servarint immaculatam, inter quos ut et tu esse velis, tanto te magis efficimus monitum, quanto id tuo generi et tue virtuti convenientius esse cognoscimus.

LXX.

K. Friedrich an den Herzog von Mailand, Filippo Maria; St. Veit, 15. Januar 1444. Ersucht abermals den Herzog, er möge den Eneas Silvius wieder in die Präpositur von St. Lorenzo in Mailand einsetzen.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 204 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXVI) und clm. 12725, Bl. 165v.*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, illustri Philippo Marie Anglo, duci Mediolani principi et consanguineo nostro carissimo, gratiam regiam et omne bonum.

Illustris princeps, consanguinee nostre carissime.[1] scripsimus tibi estate preterita[a] teque hortati fuimus, ut honorabili Enee Silvio de Picolominibus Senensi, poete laureato ac secretario nostro fideli dilecto, preposituram ecclesie sancti Laurencii majoris Mediolanensis restitui faceres,[2] qua per quendam Leonardum Delaserrata, clericum Vercellensem,[3] fuerat spoliatus, ea sumpta occasione, licet falso, quod ipse Eneas apud Basileam mortem obiisset. nec ex te postea responsum recepimus. hortamur itaque denuo tuam dilectionem, ut eidem secretario nostro velis esse benignus et suum beneficium sibi reddi mandes. nam ipse paratus est juri stare, si adversarius ejus gravari se putat. sed spoliati, uti scis, ante omnia debent restitui. sic ergo et tua dilectio inter subditos suos observari jubeat et familiares nostros habeat commendatos, sicut et nos, contingente casu, erga tuos faceremus.[4] nec sit tibi onerosum nobis in hoc responsum remittere, qui eundem Eneam dilectioni tue eo magis efficimus commendatum, quo suis obsequiis frequentius utimur. datum in opido nostro sancti Viti, die 15. januarii 1444.[5]

---

[1] *Die Adresse fehlt im clm., ebenso die Anrede.* — [2] *Ch.* curares. — [3] Delaserrata — Vercellensem *fehlt clm., der dafür nur ein* etc. *hat.* — [4] *Ch.* faciemus. — [5] *Die Datierung fehlt clm.*

[a] *Vgl. Nr. XXII.*

Digitized by Google

LXXI.

K. Friedrich an Dionys Szécsy, Erzbischof von Gran; Laibach, 15. Februar [1444]. Gibt seine Zustimmung, daß Ladislaus von Gara sich erst am 24. April bei ihm einfinde.

Aus Chigi J VI, 208, Bl. 214 mit des Eneas Zusatz: dimitte *(gedruckt Cugnoni, Nr. XXVII).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, venerabili archiepiscopo Strigoniensi sincere dilecto gratiam regiam et omne bonum.

Venerabilis devote sincere dilecte. cognovimus ex litteris tuis, quot et quanta feceris pro conservatione et recuperatione jurium serenissimi principis Ladislai, Hungarie etc. regis, patruelis nostri carissimi, tam Bude in dieta sancti Andree, quam in aliis locis. nec novum hoc apud nos fuit, qui zelum tuum erga justitiam dicti patruelis nostri perspectum habemus et animi tui sinceritatem in multis arduis et magnis rebus agnovimus. quo in animo ut perseverares te hortaremur, nisi propositum tuum firmissimum et constantissimum esse sciremus. hoc tantum dixerimus, quod te pro justitia laborantem nec deus deseret nec nos, quoad poterimus, absque juvamine dimittemus. quantum vero ad magnificum Ladislaum de Gara, banum Machoviensem, nobis sincere dilectum, tua scripta respiciunt, ex quo, ut asseris et nos etiam verum putamus, presentia sua pro defensione jurium dicti patruelis nostri necessaria nunc illis in partibus esse dinoscitur, ut quo plures estis, eo melius ejusdem patruelis nostri juribus consulatur, contenti erimus, quemadmodum postulas, terminum, in quo dictus Ladislaus banus obligatus est, se nobis representare, usque ad diem sancti *Georgii*[1] prorogare, cum primum prefatus Ladislaus et alii, qui pro eo se inscripserunt, novas litteras suas eorum sigillis munitas in forma, quam cum presentibus tibi transmittimus, nobis destinaverint. tuum est ergo curare, ut littere ipse mittantur, et nos, illis receptis, mox prorogationem efficiemus. datum in Labaco, 15. februarii *1444*.

---

[1] *Ch. hat* etc., *das Datum aus Nr. LXXIV.*

Digitized by Google

LXXII.

K. Friedrich an Johann Giskra und Emerich von Marczali; Laibach, [15. Februar 1444]. Verlängert die Frist für Ladislaus Gara bis zum 24. April.

Aus Chigi J VI, 208, Bl. 219 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt Cugnoni, Nr. XXIX).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, magnificis Johanni Giskra et Emerico de Marcellis eorumque sociis, nobis sincere dilectis, gratiam regiam et omne bonum.

Magnifici ac sincere dilecti. intelleximus ex litteris vestris, que per vos et alios gesta sunt apud Budam in dieta illic ordinata, nec ambigimus, quin omnia pro meliori statu illius regni ac feliciori directione et conservatione jurium serenissimi principis Ladislai, Hungarie etc. regis, patruelis nostri carissimi, gesta sint, cum vos presertim interfueritis, qui erga prefatum regem et fideles semper et, ut bonos viros decet, constantes fuistis, nec aliter de vobis in futurum speramus. et quia in eisdem litteris vestris mentionem facitis de magnifico Ladislao de Gara, bano Machoviensi, nobis sincere dilecto, cujus presentiam pro conservatione jurium dicti patruelis nostri illis in partibus dicitis necessariam, nos, vestris et aliorum precibus annuere volentes, contenti erimus terminum, infra quem dictus Ladislaus obligatus est se nobis presentare, usque ad diem *sancti Georgii*[1] prorogare, cum primum Ladislaus prefatus et alii, qui pro eo se nobis inscripserunt, novas ad dictum *sancti Georgii*[1] diem inscriptiones faciant, sicut venerabili Dionisio, archiepiscopo Strigoniensi devoto nostro dilecto, scribimus. datum Labaci, *15. februarii 1444.*[2]

LXXIII.*

K. Friedrich an des Ladislaus Anhänger in Ungarn; [Wr.-Neustadt, zwischen dem 24. und 25. März 1444].[a] *Drückt sein Miß-*

[1] *Der Kodex hat nur* etc.; *der Tag ergibt sich aus Nr. LXXIV.* — [2] *Der Brief ist ohne Zweifel vom selben Tage, wie Nr. LXXI.*

[a] *Da die Versammlung in Gran, wie aus Nr. LXXVIII hervorzugehen scheint, am 25. März stattfand, muß der vorliegende Brief nach dem 21. März, dem Tage der Ankunft des Königs in Wr.-Neustadt und vor dem 25. März geschrieben sein. Über den Tag in Gran vgl. Feßler-Klein 2, 484 und Szalay III, 1, 64.*

Digitized by Google

trauen gegenüber den bevorstehenden Verhandlungen in Gran aus; wird Ladislaus, wie er versprochen, in einem Orte nahe der Grenze Ungarns unterbringen.

Aus clm. 12725, Bl. 171.

Significatum est nobis, venerabilem episcopum Agriensem[a] et magnificum Laurentium, palatinum Ungarie, Strigonium esse venturos, ut super rebus, regni bonum concernentibus, vobiscum tractatus ineant, que res, si pure et sincere fiat, nobis grata est, qui pacem et quietem illius regni totis desideramus affectibus. animadvertentes tamen, quod hic tractatus, sicut nobis intimatum est, ab his inchoatus est, qui serenissimi principis Ladislai, Ungarie regis, patruelis nostri carissimi, naturale dominium respuunt, non veram pacem arbitramur *promoveri* per illos. quomodo enim veram pacem illi promoveant, qui justitie non funguntur officiis, qui naturalem dominum repellunt et ab omni ratione sunt procul. pax vera ibi est, ubi justitia est, nec ista sine illa aut illa sine hac diu potest manere. regna nanque sine justitia nichil aliud quam latrocinia sunt. quasi duo sorores pax et justitia, altera comitatur alteram. si quis ergo in regno Hungarie videre tranquillitatem optat, ut justitia ibi vigeat, studere debet, que pacis conservatrix est et omnium bonorum alitrix. hec vobis cordi esse non ambigimus, qui propter veritatem et justitiam quam plurima damna perpessi estis, qui naturali domino favetis et potius temporalia bona vultis amittere quam justitiam, que bonum perpetuum est, homini quoque post mortem proficuum. quare etsi vos constantes firmosque fore nil dubitemus, hortamur tamen, ut versutias nonnullorum caveatis, qui sub specie communis boni maxima mala nonnunquam ordiuntur. consideretis, ut in omni opere sit admixta justitia. attendite, quia propter injustitiam quam sepe affliguntur provincie multeque calamitates mortale genus afficiunt. quia tamen nonnullos esse sentimus, qui nos jura patruelis nostri parvipendere ac negligere inquiunt, vos certos reddimus, quia quantum vires nostre se extendent, non patiemur patruelem ipsum conculcari, sed eum ad sui juris consecutionem, quoad potuerimus, juvabimus ipsumque sicut alias vobis diximus, propinquum regno constituemus, ut accessus haberi ad eum possit per omnes

[a] *Simon von Rozgony, gestorben am 10. Dezember 1444.*

Digitized by Google

fideles, quod citius fecissemus, si aliis occupationibus non fuissemus obvoluti. vos nunc boni estote animi, quia nec nos deficiemus patrueli nostro nec vobis divina et humana deerunt auxilia, qui fidem inconcusse servatis et justitiam intrepide defenditis.

LXXIV.

K. Friedrich an die Anhänger des K. Ladislaus; Wr.-Neustadt, [Ende März 1444].[a] Verlängert den Termin für Ladislaus von Gara bis 1. August.

Aus Chigi J VI, 208, Bl. 150 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXVIII).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, venerabilibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus ceterisque prelatis ac magnificis et nobilibus regni Hungarie, nobis sincere dilectis, gratiam regiam et omne bonum.

Venerabiles ac magnifici devoti sincere dilecti. accepimus litteras vestras, quibus nobis significatis, in rebus, que per vos et alios regnicolas pro pace et quiete illius incliti Hungarie regni tractari debent, presentiam magnifici Ladislai de Gara, bani Machoviensis, nobis sincere dilecti, admodum utilem et accomodam fore, ac propterea petitis, ut eundem Ladislaum, qui nobis se ad diem sancti Georgii[1] proximi representare debet, aut ex integro ab hac representatione liberemus aut ei terminum prorogemus. nos vero, quia tranquillitati et paci prefati regni semper fuimus affecti, ut qui scimus, bonum illius statum toti Christianitati conducere, ne absentia dicti Ladislai tot bonis, que tractaturos vos scribitis, impedimentum afferat, sed ipsius presentia prosit, vestris precibus in hunc modum duximus annuendum. contenti etenim erimus Ladislao prefato terminum, infra quem nobis astrictus est se restituere, usque ad diem kalendarum augusti mensis proximi producere, quam primum ipse

[1] *Die Handschrift hat hier* Gregorii, *was nicht richtig sein kann. Denn der Brief datiert sicher aus Wr.-Neustadt, wo Friedrich nach Reg. 1613 erst am 21. März eintrifft; der Brief spricht aber von dem Tage als einem künftigen, kann also nicht den Gregorstag (13. März), sondern nur den Georgstag (24. April) im Auge haben.*

[a] *Daß der Brief nicht, wie Cugnoni meint, in den Februar 1444 fällt, geht aus seinem Ausstellungsorte (s. o.) hervor.*

Digitized by Google

et fidejussores sui, qui pro ipso se nobis inscripserunt, litteras suas propriis munitas sigillis nobis transmiserint. quod, si littere hujusmodi venerint, desiderio vestro, sicut dictum est, annuemus. datum in Novacivitate.

LXXV.*

Kaspar Schlick an Papst Eugen IV.; [Wr.-Neustadt, Ende März 1444].[a] Dankt ihm für die Bullen, die seinen Bruder Heinrich Schlick als Bischof von Freising bestätigten.

Aus clm. 12725, Bl. 126v.

Dum essem superioribus diebus apud Nu*rembergam*, quia serenissimus dominus meus rex ad conventum, qui illic haberi debebat, me cum certis aliis collegis destinarat, allate sunt interim per tabellarium vestre *sanctitatis* ad cancellariam regalem littere provisionis, quam vestra *sanctitas* de venerabili domino *Henrico* fratre meo dignata fuerat ad ecclesiam Frisingensem facere, easque litteras nunc demum rediens apud opidum Pruk reperi letoque et ilari animo recepi, recognoscens non solum in promotione dicti fratris mei, sed in liberali missione litterarum hujusmodi vestre *sanctitatis* erga me, fratrem et domum meam vigentem benignitatem, quam domus mea et nos omnes, qui ex illa sumus, perpetuis temporibus in mente geremus et recognoscere tantam erga nos beneficiorum exhibitionem totis viribus enitemur. voluissem tamen tum pro vestre *sanctitatis* honore tum pro fratris mei comodo has litteras citius advenisse, ne adversario liber campus patuisset, sicut propter dilationem hujusmodi patuit, qui nunquam interea destitit apud principes Bavarie et apud castellanos, castra ecclesie Frisi*ngensis* tenentes, rem suam promovere. et quia pro parte fratris mei nullum jus nisi verbotenus ostendi poterat, factum est, quod idem adversarius ecclesiam inprimis cathedralem et deinde aliquas possessiones est assecutus, quod non contigisset, si littere

---

* *Das ungefähre Datum dieses und der beiden folgenden Schreiben des Kanzlers ergibt sich aus dem Briefe des Eneas vom 18. Februar (Bd. I, Nr. 126); vor Ende März konnte Schlick nicht gut schreiben; in Bruck a. d. Mur erreichte er den König und mit ihm den Eneas, der die Bullen bewahrte. Nach Reg. 1610—11 befand sich Friedrich am 17. März in Bruck; am 21. März war man in Wr.-Neustadt; bald nach der Ankunft daselbst dürfte der Brief des Kanzlers geschrieben sein.*

Digitized by Google

vestre *beatitudinis* prius venissent. utcunque tamen sit, recognosco magnum vestre *sanctitatis* erga me et fratrem meum beneficium conaborque omnibus viribus meis et publice et privatim ubicunque, ut bonum decet servitorem, gratus haberi et in hac quoque ecclesia Frisingensi non desinam jus fratris mei prosequi majestatemque regiam exhortari oportune et importune, ut parti nostre assistat et quantum in sua est potestate nobis faveat, sperans et non dubitans, quod apud ipsam majestatem preces mee non transibunt incassum, quamvis re integra melius posset. exinde sciat vestra *beatitudo,* in omnibus, que suum honorem comodumque concernunt, me promtum paratum*que* fore, nec mihi majus esse desiderium, quam dari occasionem, per quam vestre *sanctitati* ostendere possim, quam sibi cupiam complacere atque servire, quam clementissimus deus diu et feliciter conservare dignetur ad prosperum regnum ecclesie sue sancte.

LXXVI.*

Kaspar Schlick an einen Kardinal;[a] *[Wr.-Neustadt, Ende März 1444]. Dankt ihm für seine Bemühungen in der Freisinger Angelegenheit.*

Aus clm. 12725, Bl. 127.

Accepi litteras provisionis *Frisingensis* ecclesie in persona venerabilis *Henrici* fratris mei facte, quas missas esse liberaliter absque consuetis oneribus pro maximo beneficio tum a *sanctissimo* domino nostro tum a vestra *reverendissima paternitate* recognosco, que, ut ab aliis intellexi, rem diu protractam solicitavit, procuravit, promovit, absolvit et expedivit. itaque post ipsum dominum nostrum precipue me vestre *reverendissime paternitati* obnoxium sentio, que tantam in rebus meis et curam et diligentiam adhibet. voluissem tamen litteras illas citius advenisse, ut eo melius adversario *sanctissimi* domini nostri prefati et fratris mei emulo resisti potuisset, qui propter hujusmodi dilationem pedem suum altius fixit. utcunque sit, nitar pro viribus sibi resistere studeboque quoad potero, ut gratia ingens fratri meo

---

[a] *Der Brief ist wohl an den Kardinal von Tarent, Giovanni di Tagliacozzi, gerichtet; vgl. des Eneas Schreiben an Campisio vom 18. Februar 1444, Bd. I, Nr. 126.*

Digitized by Google

mihique facta sortiatur effectum et in omnibus rebus, quibus potero, tanquam fidelissimus servitor memor ero beneficiorum a summo domino nostro susceptorum, cujus beatitudini per vestram *reverendissimam paternitatem* cupio fieri commissus. datum.

LXXVII.*

Kaspar Schlick an einen Kardinal; [Wr.-Neustadt, Ende März 1444]. Dankt ihm für seine Bemühungen in der Freisinger Angelegenheit.

Aus clm. 12725, Bl. 127.

Rediens his diebus ex dieta Nur*embergensi* reperi litteras apostolicas super provisione venerabilis domini H*enrici* fratris mei, ad ecclesiam F*risingensem* facta, mihi transmissas, quas libenter vidi et libentius recepi, animadvertens tum *sanctissimi* domini nostri maximam erga me benignitatem tum vestram ac sacri collegii vestri liberalitatem et animorum inclinationem perpromptam, quas res et dominus frater et ego obnoxii sumus, quoad vixerimus, recognoscere, idque faciemus quantum vires tulerint. ego tamen desiderassem, eas litteras citius advenisse, quod rebus tum domini nostri sanctissimi tum ipsius ecclesie Fris*ingensis* et fratris mei magis conduxisset, nec enim adversarius noster aliquas possessiones obtinuisset, que jam habet, nec tantum haberet favorem, quantum medio sibi tempore vendicavit. quidquid sit, tamen conabimur frater et ego resistere et cum auxilio regie majestatis et aliorum studebimus, ne jus apostolicum supprimatur curabimusque emulorum dicti domini nostri et nostrorum conatus elidere et in omnibus concernentibus honorem et utilitatem sanctissimi domini nostri et sedis apostolice semper fidelissimi et promptissimi inveniri.

LXXVIII.

K. Friedrich an die Anhänger des Königs Ladislaus in Ungarn; Wien, [Anfang April 1444].[a] Bedauert, daß er wegen der Unsicherheit des Weges keine größere und feierlichere Gesandtschaft

---

* *Die Datierung in Chigi* 24 maii 1444 *ist unmöglich; der Brief fällt nach dem 27. März und vor den 23. April, den Tag der Eröffnung des Reichstages in Ofen.*

Digitized by Google

an sie habe absenden können; ersucht sie, auf ihrer Hut zu sein und ihm über alles Bericht zu erstatten.

Aus clm. 12725, Bl. 172 und Chigi JVI, 208, Bl. 208 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXXI).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, etc.[1]

Reverende in Christo pater ac magnifici nobiles sincere dilecti. ex litteris vestris secundo die post festum annunciationis beate Marie virginis[a] Strigonii datis intelleximus, vos letis mentibus oratores suscepisse, quos ad vestram requisitionem illuc transmisimus libetque nobis in ea re vestris desideriis esse complacitum. nos tamen libenter legationem solemniorem et majoris status viros destinassemus, nisi viarum discrimina vobis admodum nota fuissent impedimento. speramus tamen eos, qui venerunt ad vos, tante prudentie et circumspectionis esse, ut legationis munus, sibi commissum, nedum fideliter sed etiam sapienter valeant adimplere. ad ea vero, que scribitis de tractatibus habitis, ut vos Budam proficiscerimini et de securitatibus per vos postulatis, nichil aliud dicimus, nisi quod provisionem et cautelam vestram admodum commendamus, vobis iterum atque iterum suadentes, ut in omnibus tractatibus et accessibus vestris non solum reali sed etiam personali cautele vestre consulatis. in qua re amplius loqueremur ad propositum, nisi quod vos vetustis exemplis commonitos tanto cautiores credimus esse, quanto majora nonnunquam pericula subivistis. expectamus autem per vos certiorari de punctis atque capitulis universis, que per vos, inter vos seu cum parte altera fuerint pro meliore directione juris serenissimi principis Ladislai, regis Hungarie etc., patruelis nostri carissimi, ac pro tutela nostra preadvisata. quibus cognitis studebimus, quantum in nobis erit, quam celeriter nostram vobis desuper intentionem clarius significare et, quoad poterimus, consiliis et auxiliis oportunis assistere. expectamus etiam, quod[2] frater noster, rex Polonie, juxta condictum, postquam ex illa sua exercituali contra Teucros expeditione reversus est, aliquid de pace atque tranquillitate illius incliti Hungarie regni pertractanda nobis scribat, in qua re, si suas, ut prestolamur, litteras susceperimus, de singulis vos participes faciemus et cum vestro consilio procedemus, prefatum autem

[1] *Der Satz fehlt clm.* — [2] *Chigi hat statt* quod *den Accus. cum infinit.*

[a] *25. März.*

Digitized by Google

patruelem nostrum, sicuti ex Laybaco promisimus, ad Novam civitatem nobiscum fortem et sospitem duximus, quo in loco vicinus est Hungarie facilisque ad eum accessus est omnibus, et per omnes, qui eum intueri cupiunt, videri poterit. vos tamen, sicut hactenus fecistis, jura ipsius domini vestri constantibus animis tueri perseverate, quia nec humanum, sicuti sperare debetis, nec divinum vobis deerit, pro pupilli et orphani regis justitia decertantibus, auxilium. datum Vienne.[1]

LXXIX.*

K. Friedrich an K. Wladislaw von Polen; [Wr.-Neustadt, ca. Anfang April 1444].[a] Ist durch den angesagten Reichstag in Nürnberg verhindert, zu Pfingsten mit dem Könige zu verhandeln; übersendet ihm die Vertragsartikel, die er in einigen Punkten abgeändert habe.

Aus clm. 12725, Bl. 171.*

Fridericus, *dei gratia rex Romanorum semper augustus*,[2] serenissimo principi Wladislao, eadem gratia regi Po*lonie*, fratri et consanguineo no*stro* carissimo, salutem et fraterne dilectionis augmentum.

Ex litteris vestris ad nos ultimo destinatis accepimus, fraternitatem vestram illam conventionem, quam inter nos faciendam indixeramus, propter angustias temporis amplecti non potuisse ac propterea cupere, ut in festo pentecostes proximo,[b] si fieri posset, celebraremus eandem, alioquin per nuntios pleno mandato suffultos res illas perfici suadetis, pro quibus nos invicem conventuri fueramus. quia tamen fraternitas vestra exercitum contra Teucros instaurare et novum adversus hostes fidei transitum facere disponit, dubium vobis est, an his rebus intendere circa tempus predictum possitis ideoque mentionem efficitis quorundam capitulorum, pro unione inter nos et vestram fraternitatem firmanda missorum, que, si per nos fuissent accepta, offertis et vos eadem velle amplecti. nobis quidem multis ex causis expediens videbatur conventio inter nos facienda sicuti

---

[1] *Der Ort fehlt clm.* — [2] *Codex* etc.

[a] *Der Brief füllt zweifelsohne vor den 23. April, den Tag der Eröffnung des Reichstages in Ofen.* — [b] *Pfingsten fiel 1444 auf den 31. Mai; für den 21. Mai hatte Friedrich den Nürnberger Reichstag angesetzt, der aber in Wirklichkeit erst anfangs August eröffnet wurde.*

Digitized by Google

pluries de nostro desiderio vestre *fraternitati* scripseramus. et quidem annuissemus his, que nunc significatis de conveniendo in festo pentecostes, nisi quod, sicut bene cernitis, per hoc dietam Nurembergensem negligeremus, quam minime intendimus preterire. sed postquam nunc convenire non possumus et nos vultuatim cernere, expectabimus aliud magis idoneum tempus et tunc annuente altissimo non cum minori fructu jungemus dextras. nec minus utilia sunt illa, propter que personalis nostra impeditur conventio, quam illa fuissent, ad que invicem colloqui volebamus. sanctum est enim et pium opus, ad quod vestra *fraternitas* aspirat, querit enim Christianam rem pu*blicam* ampliare et hostes fidei comprimere, quod votum dignetur divina pietas secundare. nos quoque pro pace inter Christicolas reformanda proque divisionis ecclesiastice sublatione in Nurembergensi dieta sumus laboraturi. ceterum ut utrumque propositum facilius celeriusque perfici possit, ommissa in presentiarum demittendis oratoribus via, articulos illos de unione sumus amplexi, sed adjunximus aliqua pauca, ut communior et firmior sit inter nos unio utque nobis absentibus inter subjectos nostros et vestros pax observetur et quies utrinque stabilior habeatur, sicut strenuus Georgius Sweinpekh miles et egregius magister Petrus, consiliarii nostri fideles dilecti et oratores, latores presentium[a] vestre fraternitati latius reserabunt, quibus velitis in dicendis nostro nomine plenam concedere credentie fidem et ipsos ad nos celeriter remittere, ut ex his, que inter nos conclusa fuerint et per *fraternitatem* vestram ab exteris et per nos ab internis hostibus eo comodius Christiana religio queat pacari, quo inter nos unio melior et intelligentia clarior fuerit.

LXXX.*

K. Friedrich an das Prager Kapitel; Wien, [zwischen dem 28. April und 25. Mai 1444].[b] Befiehlt, den von ihm zum Pfarrer in

---

[a] *Über die Tätigkeit der beiden vgl. den Brief des Kardinals Giuliano Nr. LXXXVIII Anm.* — [b] *Das Datum ergibt sich aus dem Orte der Datierung; K. Friedrich war nur in dieser Zeit in Wien; vgl. dazu den Brief des Herzogs Albrecht an die Stadt Budweis, worin er sie bittet, den Pfarrer Mathesen „gutlich" aufzunehmen, „geben ze Wien am Montag nach sand margreten tag anno 1444". (Millauer: Fragmente a. d. Nekrolog d. Zisterzienserstiftes Hohenfurt in Abhandlungen d. böhm. Gesellsch. d. Wissensch. Prag, 1819, S. 18). Vgl. Trajer: Beschreibung d. Diözese Budweis S. 15.*

Digitized by Google

Budweis ernannten Mathias von Brüx im Besitze der Pfarre zu lassen.

Aus clm. 12725, Bl. 164ᵃ.

Decano et capitulo ecclesie Pragensis.

Vidimus litteras quasdam prepositi ecclesie *sancti* Apollinaris, administratoris ecclesie vestre, per quas committit plebano in Borsaw, ut[1] Andream quendam, clericum Pragensem, vel ejus procuratorem ad possessionem ecclesie in Budweis introducat resistentesque singulos canonica monitione premissa excommunicatos[2] publice nuntiet. asserit enim ipse administrator per suam diffinitivam sententiam presentationem de ipso Andrea factam efficacem declaravisse ac ipsum ad ecclesiam in Budweis instituisse, venerabili Matthie episcopo, quem nos vice et nomine serenissimi principis Ladislai, Hungarie etc. regis verique Bohemie heredis, patruelis nostri carissimi, quem tanquam proximior consanguineus tenemus et gubernamus, ad ipsam Budvicensem ecclesiam vobis presentaveramus, perpetuo silentio imposito. de qua re multis ex causis admirati sumus nec putavissemus, vel vos vel administratores ecclesie vestre tam leniter, inconsultis nobis, in beneficiis, que juris sunt patronatus dicti patruelis nostri, manus apponere. scitis enim, quia non licet in messem alienam falcem mittere, nec quisquam vestrum est, qui jus patronatus regium quovis pacto valeat impedire. scitis et alias, cum nostro nomine ac per litteras nostras requireremini, ut prefatum Matthiam per nos presentatum institueretis, vestrum fuisse responsum, quod idcirco institutionem hujusmodi facere non poteratis, quia Matthias idem ad sedem apostolicam appellasset. sed vos appellationem hanc in prejudicium juris patronatus animadvertistis. nunc autem dictus prepositus administrator de interpositis appellationibus nichil curat et audet, nobis inrequisitis et contra responsum vestrum nobis factum, presentationem nostram cassare ac contra voluntatem et preceptum nostrum de *Budvicensi* ecclesia disponere. vidit primo ipse administrator litteras nostre presentationis factas de prefato *Matthia* et parvi pendit, et postea ad vocationem civium, quam tamen eis cum conditione indulseramus et postea retractavimus justis ex causis, statim annuit, quod sane nimis presumtuosum est

[1] *Cod.* vnd. — [2] *Cod.* excommunicatas.

Digitized by Google

et absurdum nec per nos quovismodo tolerabitur, quia nec debiti nec honoris nostri est, ut patiamur sic passim patruelis nostri jura pessundari. ideo vos hortamur, attente ac pro ea, quam domino vestro regi *Ladislao* prefato debetis obedientia, seriose requirimus, quatenus administratorem prefatum ab hujusmodi novitatibus cessare faciatis ita, ut sublatis quibuslibet mandatis et commonitionibus *Matthiam* prefatum in possessione sue ecclesie pacifice stare permittat nec vel ipsum vel cives Budvicenses quovis colore de cetero molestet, quia nostra intentio est, presentationem, quam semel de ipso episcopo fecimus, ratam et firmam esse. ad quam, si et vos partes vestras interposueritis ac deinceps jura patronatus regii absque nostro consensu non attigeritis, vestrum debitum adimplebitis, ac tam a nobis quam a dicto *Ladislao*, domino vestro, eritis in posterum merito commendandi. datum Wyenne etc.

LXXXI.

K. Friedrich an Papst Eugen; Wien, 1. Mai 1444. Empfiehlt den jungen Ladislaus und seine Rechte auf Ungarn dem Schutze des Papstes.

Aus clm. 12725, Bl. 163 und Chigi J VI, 208, Bl. 313; N. 118; B. 118.

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus sanctissimo patri domino Eugenio pape quarto *salutem plurimam dicit.*

Beatissime pater et domine reverendissime.[1] etsi non dubitemus, apostolicam sedem, tanquam veritatis doctricem justamque vite magistram, quorumlibet juribus favorabilem esse nullique prorsus injuriam facere, quia quicquid ab ejus solio manat, justitie lancibus liberatur et equitatis, non tamen ab re fore putamus aliqua per nos scribi, quibus beatitudini vestre[2] jus serenissimi principis Ladislai, Hungarie[3] regis, patruelis nostri carissimi, pueri pupilli et orphani, commendatum efficiamus, et eorum, qui ficta pro veris referunt, impiis resistamus conatibus. scit enim vestra[4] beatitudo, patruelem nostrum pre-

---

[1] Beatissime — reverendissime *E I gestrichen; clm. hat nur* Beatissime pater; *auch die Adresse fehlt.* — [2] *E I* tue. — [3] *Ch. ursprünglich noch* Dalmacie, Croatie etc. — [4] *E I* tua.

Digitized by Google

fatum, qui post obitum dive memorie patrui et antecessoris nostri Alberti, Romanorum atque Hungarie Bohemieque regis, in utero materno postumus remanserat, ut primum natus fuit et sacri fontis unda renatus, adhibitis ex more solennibus, veram Hungarie et sanctam suscepisse coronam. nunc autem, sicut accepimus, magnopere quidam instant, ut vestra[1] sanctitas titulum regni hujus in alium transferat, multa illinc emolimenta tum vestre[2] sanctitati tum regno prefato[3] proventura dicentes. que licet nullatenus per[4] apostolicam sedem considerari[5] credamus, quia nullum comodum est tam ingens, pro quo bene vendi justitia possit, mirandus tamen est illorum conatus, qui ex alieno incomodo suum querentes comodum altissimi sanguinis puerum et paterno et avito regno cupiunt spoliare, iniquum profecto et abhominabile scelus. fecerit enim alius quamvis magnalia, sit potens, sit aptus regimini, sit per aliquos accersitus, nolumus ista discutere[6] nec cum injuria volumus loqui cujusquam, nulla tamen ratio suadet, huic puero suum adimi regnum, qui si propter se non esset magni putandus, ei tamen propter facta paterna universa Christianitas favorabilis esse deberet. quis enim nostri temporis homo est, qui patris hujus gloriosos conflictus tum contra Teucros[7] tum contra Hussitas non audierit? debent preterea et huic puero favorem prebere avi sui clarissima gesta et illa ecclesie unio Constantie reparata, tum vero et Caroli quarti et Henrici septimi, quorum ultimus hic sanguis est memoria cesarum. tacemus inclite domus nostre Australis opera, tam pro imperio quam pro ecclesia et in favorem fidei[8] per nostros et hujus pueri progenitores edita. quis tandem non compati deberet innocenti puero, parentibus orbato, vero Hungarie heredi veroque regi? insane profecto mentis et animi trucis sunt ac totius hostes justitie, qui tam generosum puerum regno privare et jus tam clarum conculcare nituntur. sciunt tamen et illi ipsi, qui talia petunt, inhumanum esse, quod optant, atque idcirco extinctum puerum et nusquam inveniri confingunt, ut vel hoc colore regni titulus in alium derivetur. sed aliud reperitur. vivit enim rex Ladislaus prefatus, fausta et felici fruitur sospitate, scitus puer atque formosus. is est in Nova

---

[1] *EI* tua. — [2] *EI* tue. — [3] *E II gestrichen.* — [4] *E I gestrichen.* — [5] *E I* moveri, *Schreibfehler für* movere. — [6] fecerit—discutere *in cln. ausgefallen.* — [7] *E I* Turchos. — [8] in—fidei *E II gestrichen.*

Digitized by Google

civitate, vicinus Hungarie, adirique ab omnibus potest, qui ejus visendi sunt cupidi. spes et nostra et omnium est, antecessorum suorum virtutes in hoc puero revicturas. que omnia idcirco vestre[1] beatitudini recensemus, ne[2] per sinistras suggestiones aliquid ex vestra curia[3] valeat extorqueri, quod huic patrueli nostro possit esse nocivum, utque puerum istum, omnibus imperii principibus sanguine junctum, apostolice sedis favorem vestra[4] sanctitas prosequatur. sit igitur hic rex pupillus in vestro[5] conspectu recommendatus, sit ante oculos mentis vestre[6] sua generositas, sua etas, sua puritas, suorum memoria predecessorum. et hujus justitiam, ex qua non inanis et ficta, sed vera et ampla utilitas apostolice sedis redundare potest, amplecti atque tueri velitis.[7] datum Vienne, kalendis maji 1444.

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus.[8]

LXXXII.*

K. Friedrich an das Kardinalskollegium; [Wien, ca. 1. Mai 1444]. In Angelegenheit des Königs Ladislaus.

Aus clm. 12725, Bl. 162v, unvollständig.

Fridericus.

Reverendissimi in Christo et amici nostri carissimi. notum esse cetui vestro nequaquam ambigimus, serenissimum principem Ladislaum, Hungarie etc. regem, patruelem nostrum carissimum, ex consensu procerum totiusque populi tanquam verum heredem legitime coronatum fuisse, quam coronam sanctam habet, in eoque regno et patri et avo successisse. quod licet ita se habeat, quidam tamen, sicut accepimus, divisionem student, ut titulus regni ejus in alium dirimetur, quod quam impium et iniquum sit, vix exprimi potest. sed aggreditur omnem enormitatem ambitio nec aliquid intemptatum relinquit, qua propter, etsi minime putandum sit, ex vestra sacra concione . . . . . .

---

[1] *EI* tue. — [2] *Ch. ursprünglich* ut, *von EI korrigiert in* ne. — [3] *EI* curia tua. — [4] *EI* tua. — [5] *EI* tuo. — [6] *EI* tue mentis. — [7] *EI* velis. — [8] *Ort, Datum und Unterschrift fehlt clm.*

Digitized by Google

LXXXIII.

K. Fricdrich an K. Alfons von Aragon; Wien, 1. Mai 1444. Empfiehlt ihm seine Getreuen, Lorenz und Stephan, die in des Königs Dienste treten wollen.

Aus clm. 12725, Bl. 174 und Chigi JVI, 208, Bl. 300 mit der Eneas Notiz* dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXX).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, serenissimo principi Alfonso, Aragonum et Sicilie regi, fratri nostro carissimo, salutem et fraterne dilectionis augmentum.[1]

Allecti fama gestorum vestrorum famosi Laurentius et Stephanus, presentium exhibitores, dilecti nostri, servire serenitati vestre et ei tam in bello, quam in pace promptum prestare famulatum decreverunt,[2] ac eam ob causam iter nunc versus vestram curiam faciunt. quare, cum ipsi apud nos non solum de fidelitate sed etiam multiplicibus aliis virtutum donis commendati existant, non ab re ducimus, eosdem nostris litteris vestre sublimitati recommendatos efficere. rogamus itaque vestram fraternitatem, ut tam suarum intuitu virtutum, quam etiam nostre contemplationis respectu eosdem in vestris obsequiis benigne suscipere et sicut probitates eorum merentur, benigne[3] tractare velitis, nobis exinde non vulgarem complacentiam prebituri. datum Vienne, kalendis maji anno domini 1444 regni vero nostri anno 4.[4]

LXXXIV.*

[K. Friedrich an das Liegnitzer Kapitel (?);[a] Wien, vor dem 5. Mai 1444]. Macht ihm Vorwürfe, daß es dem Wenzel von Bochow noch keine freigewordene Stelle gegeben habe und erwartet baldigst die Erfüllung seines Wunsches.

Aus clm. 12725, Bl. 182.

Honorabiles, devoti, dilecti.

Porreximus vobis dudum pro honorabili Wenceslao de Bochow, cancellarie nostre notario, familiari nostro devoto et

---

[1] *Die Adresse fehlt clm.* — [2] *Fehlt clm.* — [3] *In clm. korrigiert aus* clementer. — [4] *Ort und Zeit der Ausstellung fehlt clm.*

* *Da Wenzel von Bochow sich in einem ungedruckten Brief vom 5. Mai 1444 canonicus Lignicensis nennt, schließe ich, daß das Schreiben des Königs nach Liegnitz gerichtet sei.*

Digitized by Google

fideli dilecto, regias nostras preces vosque hortati sumus et fecimus requisitos, ut primum canonicatum in vestra ecclesia extunc inantea vacaturum sibi velletis conferre et prebendam assignare, prout in litteris nostris desuper confectis plenius continetur, quas vobis presentatas nequaquam ambigimus. miramur autem, cur postea, cum vacaverint nonnulli canonicatus, preces nostras non exaudieritis, nec hoc in bonam partem recipimus, quia, cum vestra ecclesia per imperium fuerit exaltata, digna res est, ut nostris desideriis rationabilibus et longa consuetudine approbatis mos geratur. quidquid tamen sit, omittentes preterita, vos iterum atque iterum attente hortamur et requirimus seriose, ut prefato Wenceslao absque ulteriori litterarum nostrarum hortatu primum canonicatum vacaturum vel si nunc aliquis vacat, conferatis, in quantum nobis cupitis singulariter complacere et majestatem nostram in favores vestros potius quam in indignationem velitis allicere. datum.

LXXXV.*

K. Friedrich erstreckt den Repressalienbrief des Heinrich Heyden gegen die Stadt Bologna auf das ganze römische Reich. Wien, 12. Mai 1444.

Aus clm. 12725, Bl. 175, gleichlautend mit dem Reichsregistraturbuch N. 179 im k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv in Wien.

Fridericus dei gratia Romanorum rex etc.[1] universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, capitaneis, armigeris, castellanis, consulibus, proconsulibus, judicibus, communitatibus et rectoribus earundem, tributariis, trigesimatoribus passuum ac viarum custodibus nec non aliis quibuscunque nostris et imperii sacri ac ducatuum et terrarum nostrarum subditis et fidelibus cujusvis status, dignitatis, preheminentie seu conditionis existant, quibus presentes vel earum transumpta ostendi contigerit gratiam regiam et omne bonum.[2] venerabiles, illustres, magnifici, nobiles, fideles, dilecti. recurrens ad nos alias honorabilis Heinricus Heyden, civis noster Viennensis et fidelis dilectus, cum querela exposuit, quod cum ipse dudum per clare memorie Elizabeth, Ungarie Dalmatie Croatie etc.[3] reginam, heredem

[1] *clm.* Fridericus etc. — [2] *clm.* gratiam etc. etc. — [3] *clm.* Ungarie etc.

Digitized by Google

Boemie ac Austrie etc. ducissam,[1] cum mille ducentis aureis sive ducatis Venetis boni et justi ponderis tribusque petiis auri ad valorem sexcentorum et quinquaginta ducatorum similium ascendentibus ad coemendos aureos ac syriceos pannos ad Florentiam mitteretur ac per civitatem Bononiensem transitum faceret, per cives Bononienses ibidem ducatis et petiis auri predictis violenter et nullo juris ordine servato extitit spoliatus, quo facto cives ipsi, per nonnullos principes et maxime per dictam reginam requisiti, satisfacere dicto Heinrico de rebus ablatis hujusmodi ac damnis propterea supportatis per sua scripta certomodo promiserunt, quod cum postmodum minime observassent, regina prefata absonum judicans, eundem Heinricum suis instantem obsequiis indebite tot dampnis ac gravaminibus molestari sibique super eisdem non oportune provideri, Heinrico predicto ac suis heredibus adversus prefatos Bononienses per omnia regna ac principatus et dominia sua repressalias justo ordine concessit. verum quia ipsa regina, antequam vigore dictarum repressaliarum idem Heinricus jus suum consequi posset, sicut altissimo placuit, debitum nature persolvit, nobis, qui serenissimi principis Ladislai, Hungarie, Bohemie etc. regis ac ducis Austrie, patruelis nostri carissimi dicteque regine filii et heredis, tutelam gerimus, Henricus idem humiliter supplicavit, quatenus pro restauratione suorum dampnorum, cum aliter debitum suum consequi nequiret, repressalias hujusmodi confirmare ac per principatus et dominia nostra totumque Romanum imperium extendere seu illas de novo concedere dignaremur. nos autem, suscepta de supradictis omnibus et eorum circumstantiis informatione sufficiente, licet vigore premissorum ad confirmationem, extensionem seu concessionem hujusmodi rite procedere potuissemus, volentes tamen cum Bononiensibus hisdem mitius agere, per litteras nostras ipsos requisivimus, ut Heinrico predicto ducatos ac petias auri, quibus fuerat indebite spoliatus, vel eorum valorem cum satisfactione dampnorum restitui facerent, alioquin repressalias antedictas merito confirmantes per sacrum amplicaremus imperium. cives vero prefati nobis per suas litteras responderunt, dictas pecuniarum summas sive res, eidem Heinrico sublatas, cuidam mercatori et concivi suo Herculi de Fantuciis vigore repressaliarum per eorum communitatem secundum

[1] *clm.* heredem — ducissam *fehlt.*

Digitized by Google

formam juris assignatas fuisse, cum ille per quendam nobilem vocatum Rater vexatus antea extitisset injuste. nichilominus tamen de consensu ejusdem Herculis offerebant ipsum cum prefato Heinrico in quovis loco, qui foret utrique parti communis, juri staturum, rogantes ne ad hujusmodi repressaliarum concessionem moveri vellemus, quorum nos precibus annuentes, quamvis prefatus Rater non fuerit subditus nec vasallus ipsius domine regine, tamen, ne qua ipsis querele causa remaneret, inposterum oblationes easdem de stando juri per dictum Heinricum recipi voluimus communemque locum, in quo hec causa cognosceretur, Tridentum, judicem autem cause, qui rem audiret ac determinaret venerabilem Johannem de Cometaw, electum Feltrensem ac gubernatorem episcopatus Tridentini, natione Bohemum nullique parti rationabiliter suspectum, nominavimus, rursus Bononienses eosdem per nostras litteras requirentes, ut concivem suum prefatum ad comparendum Tridenti in certo termino per se vel procuratorem suum legitimum cum plena securitate de stando juri et judicato solvendo coram dicto gubernatore inducerent, quia similiter alteri parti mandassemus, quod si civis ipse hoc facere recusaret et aliter dicto Henrico in hujusmodi termino satisfactum non foret, de repressaliis confirmandis et ut prefertur ampliandis ipsos Bononienses reddidimus certiores. adveniente vero prefixo termino, cum neque in aliquo dicto Heinrico satisfactum neque via de stando juri modo predicto per Bononienses recepta foret, sed ex novis eorum litteris ad nos destinatis manifeste constaret, ipsos non justitiam sed cavilationes et subterfugia querere, qui licet antea obtulissent expresse dictum Herculem cum prefato Heinrico juri staturum, cum tamen in ultimis litteris non cum Heinrico sed cum regina prefata vel ejus heredibus agere velle dicebant, locum civitatis Tridentine, quamvis Bononiensibus quam Viennensibus longe propinquior et commodior esse noscatur, ac judicem per nos nominatum suspectos allegando, rursus ad majestatem nostram prefatus Heinricus recurrit, ne per varias Bononiensium evasiones diversasque cavillationes a consecutione debiti sui semper teneatur suspensus, humiliter sibi de oportuno repressaliarum remedio supplicans provideri, nos ergo, qui tanto tanquam sublimi Romane regie dignitatis solio insufficientibus tamen meritis presidemus, ut jus suum unicuique tribuamus, quod quantum in nobis est, efficere non postponimus, tam manifestam injuriam

Digitized by Google

predicto Heinrico factam considerantes, cum Bononienses sicut premissum est, tam per reginam antedictam et alios nonnullos principes quam per nos pluries requisiti eidem Heinrico satisfacere recusaverint oblatasque juris vias penitus refugerint, repressalias Herculi prefato per se juridice datas asseverantes, cum tamen illas non vocata nec avisata altera parte concesserint, quia nostri officii potissimum est, injurias prohibere ac injuste oppressis, ut releventur, oportunos prebere favores, prefati Heinrici supplicationibus inclinati repressalias sibi ac suis heredibus adversus prefatos Bononienses eorumque res et bona, per reginam prenominatam concessas, in omnibus earum punctis, clausulis et articulis animo deliberato et ex certa nostra scientia sanoque accedente consilio tam auctoritate Romana regia quam tutorio prefati patruelis nostri nomine confirmantes, ratificantes et approbantes per principatus ac dominia nostra totumque Romanum imperium extendimus et harum serie de novo concedimus Heinrico predicto ac suis heredibus nec non illi sive illis, quibus ipsi hoc suo nomine duxerint committendum pro recuperatione rerum suarum ac dampnorum supportatorum recompensatione in quibusvis principatuum ac dominiorum nostrorum et imperii sacri jurisdictionibus, civitatibus, opidis, castris, villis, territoriis et officialatibus tam in terra quam in aquis mercimonia, animalia et quavis alias res et bona quecumque dictorum Bononiensium vel servitorum et subditorum suorum ac cujuslibet eorum apud vos et quemlibet vestrum ordine juris aut alias sine juris et judicii innotatione prout eis melius visum fuerit expedire arrestandi et sub arresto detinendi, quousque per dictos Bononienses sibi pro dicto spolio et damnis inde susceptis plenarie fuerit satisfactum, liberam et omnimodam dedimus et concessimus ac tenore presentium damus et concedimus facultatem et potestatem, volentes insuper quod postquam dictus Heinricus vel heredes prefati aut eorum nominibus agentes aliqua bona dictorum Bononiensium arrestaverint, indilate debeant arrestum hujusmodi dictis Bononiensibus significare, ut si velint bona sic arrestata infra sex ebdomodas a die intimationis sibi facte computandas, redimere valeant, lapsis vero prefatis ebdomodis, si nulla redemptio facta fuerit, liberum sit et licitum Heinrico ac heredibus prefatis per se vel suos procuratores bona taliter sub arresto detenta ad se recipere et in suum usum atque utilitatem convertere. quocirca vobis omnibus et

Digitized by Google

singulis auctoritate Romana regia districte precipiendo mandamus, quatenus dictum Heinricum Hayden[1] heredesque suos ac omnes familiares et nuntios quoscunque dum et quotiens cum presentibus aut earum autentico transumpto, cui fidem tanquam originalibus litteris volumus et decernimus adhiberi ad vos seu quemlibet vestrum pervenerint vosque requisitos desuper fecerint, nostro intuitu recommendatos suscipientes, eisdem pro recuperandis rebus ablatis predictis ac pro satisfactione damnorum et interesse per arrestationes, vias et modos, ut superius exprimitur, assistere ac cooperari debeatis, omnem favorem atque operam et auxilium prout necessarium vel quovismodo oportunum fuerit in predictis exhibentes, aliter non facturi in quantum nostram indignationem cupitis artius evitare presentium[2] sub nostri regalis sigilli appensione testimonio litterarum. datum Vienne, anno domini etc. 44, 12. mensis maii, regni vero nostri anno quinto.

De mandato d*omini* regis.

LXXXVI.

Kaspar Schlick an Juan de Carvajal; Wien, 20. Mai [1444]. Freut sich, daß Carvajal in Nürnberg anwesend sein werde. Der König treffe bereits Vorkehrungen zur Abreise, doch sei deren Tag noch unbestimmt.

Aus clm. 12725, Bl. 131 und Chigi J VI, 208, Bl. 317; N. 167.

Reverendo patri domino Johanni Carvajal, juris consulto et apostolici palatii causarum auditori, Gaspar Sligk, cancellarius imperialis, *salutem plurimam dicit.*[3]

Reverendissime pater.[4] venit ad me nuntius vester[5] cum litteris, quibus mihi significastis,[6] vos[7] iterum Nurembergam repetere, in qua re prophetam me redditis.[8] scitis[9] enim hunc reditum vestrum[10] me vobis[11] predixisse, quia dictas nostras pretermittere non potestis[12] et sicuti arbitror inter nos libenter vivitis,[13] nam et nos letis animis vestram intuemur paternitatem.[14] sed vellem ego aliam ob causam vos[15] inter Germanos commo-

---

[1] *clm. nur* H. — [2] *Alles folgende fehlt clm.* — [3] *Adresse fehlt clm.* — [4] *Fehlt Chigi.* — [5] *Ch.* tuus. — [6] *Ch.* significas. — [7] *Ch.* te. — [8] *Ch.* reddis. — [9] *Ch.* scis. — [10] *Ch.* tuum. — [11] *Ch.* tibi. — [12] *Ch.* potes. — [13] *Ch.* vivis. — [14] *Ch.* te intuemur. — [15] *Ch.* te.

Digitized by Google

rari, ne semper hoc ecclesie negotium in manibus nostris nunquam expediendum esset,[1] quia dignum jam foret, has poni contentiones et unitam esse ecclesiam.[2] longe nanque plus mali secum affert hec divisio Christianorum, quia viritim litigatur,[3] quam Teucrorum[4] impugnatio, adversus quos cuncti sentimus idem. sed dabit deus his quoque finem. quod de diete cursu deposcitis,[5] non possum cum certitudine scribere, quid futurum sit.[6] hoc scio et hoc vobis[7] notum facio, dominum[8] nostrum regem dietim[9] se instruere, ut ad dietam ascendat intenditque germanum suum, ducem Albertum, et patruelem, ducem Sigismundum, secum ducere.[10] diem certam recessus prescribere nequeo, sed omnis apparitio fit, ut quantocies iter sumatur. quid autem impedierit celeriorem recessum dicam vobis,[11] cum presentialiter verba seremus. nam et Bohemorum et Ungarorum res moram pepererunt,[12] quas me referente plenius agnoscetis.[13] tunc etiam quomodo in re Frisingensi successerit vobis[14] aperiam, quamquam jam audire potuistis,[15] germanum meum castrosum et adversarium castratum esse, cui jam adempta sunt, que invaserat castra. sed multe nobis per nonnullos[16] Basilienses inferuntur mine, adversus quos ut et vos et alii amici in dieta Nurembergensi pro defensione nostra sumatis arma[17] opus erit, ne juri nostro et apostolice sedis fiat injuria.[18] nova que scribitis vos[19] afferre leto corde intelligam, ut illinc fructus aliquos emergere possit, qui vos[20] nosque letitia compleat. valete[21] optime. ex Vienna, 20. maji *1444*.

LXXXVII.

Edikt K. Friedrichs; ddo. Wien, 21. Mai 1444 über den mit K. Wladislaw von Polen auf zwei Jahre geschlossenen Waffenstillstand.

Aus clm. 12725, Bl. 133, gleichlautend mit dem Reichsregistraturbuch N. 200 des k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchivs in Wien, gedruckt bei Chmel, Regesten, Anhang S. LXI, Nr. 47.

---

[1] *E. korr.* penderet. — [2] quia — ecclesiam *von E. gestrichen.* — [3] *E. korr.* invicem litigamus. — [4] *E. korr.* Turchorum. — [5] *Ch.* deposcis. — [6] quid — sit *von E. gestrichen.* — [7] *Ch.* tibi. — [8] *Von E. gestrichen.* — [9] *E. korr.* in dies. — [10] intenditque — ducere *von E. gestrichen.* — [11] *Ch.* tibi. — [12] *E. korr.* res innovate sunt. — [13] *Ch.* agnosces. — [14] *Ch.* tibi. — [15] *Ch.* audisti. — [16] *Von E. gestrichen.* — [17] ut — arma *von E. gestrichen; dafür* opus erit armis tuis. — [18] *Der Satz* sed multe — injuria *fehlt clm.* — [19] *Ch.* scribis te. — [20] *Ch.* te. — [21] *Ch.* vale.

Digitized by Google

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. notum facimus tenore presentium universis, quod nos cum serenissimo principe Wladislao, rege Polonie etc., fratre et consanguineo nostro carissimo, in sinceritate et dilectione ac prestantiori ut convenit unire cupientes fraternitate pro utrorumque terrarum ac subditorum nostrorum tranquillo et salubri statu ad infrascriptas devenimus ordinationes, deliberato consilio ac bona conclusas fide sub forma et modis ut sequitur infrascriptis. in primis ne teneantur aut foveantur in principatibus et terris nostris et illustris Alberti, ducis Austrie Stirie[1] etc. principis et germani nostri carissimi, et in castris, civitatibus et districtibus omnium eorum, qui in hac unione sunt comprehensi, ut infra declarabitur, nec eisdem consilium, auxilium aut favor detur, qui ex ipsis principatibus, terris, castris, civitatibus et districtibus subditos prefati fratris nostri Polonie regis et sibi obedientes in regno Hungarie invadere, spoliare, depredari seu quovismodo in bonis, rebus pariter et personis molestare vellent, quin potius eosdem de terris, principatibus ac dominiis, castris et districtibus hujusmodi pro posse expellere ac profugare conabimur, volentes insuper nostris prohibere subditis, ne aliquam molestiam, injuriam vel gravamen ex terris, dominiis, principatibus et districtibus nostris et illorum, qui in hac unione includuntur, prefato fratri nostro regi Polonie subditis et obedientibus sibi in regno Ungarie sub quocunque colore inferant, faciant vel inferri permittant. sed si quis ex nostris et dicti ducis Alberti, germani nostri, et illorum, qui in hac unione sunt inclusi, subditis et obedientibus contra aliquem, seu aliquos ex subditis vel obedientibus eidem fratri nostro, regi Polonie, in regno Hungarie actionem seu conventionem aliquam habere pretenderit aut extimaverit, extunc idem actionis vel conventionis hujusmodi occasione, forum rei infra regnum Ungarie sequantur et justitiam ibidem a competenti judice implorent, que sibi juxta patrie consuetudinem indilate debet administrari. hoc specialiter declarato, quod prefatus frater noster rex Polonie ultra ea, que nunc in regno Ungarie et intra ejus metas de civitatibus, castris, cameris, officiis et suis pertinentiis quibuscunque possidet et tenet, manum non extendat in damnum aliorum et violenter nec per suos subditos vel obedientes extendi patiatur, quodque super

[1] *Fehlt clm.*

Digitized by Google

his, que ad castra vel civitates apud manus ejus aut sibi obedientium existentes ordinarie et solito ab olim more provenire consueverunt et debent, contentus ad conservationem hujusmodi castrorum et civitatum plura acquirere seu novos census imponere non debeat nec imponi permittat. item, quod liberum sit mercatoribus et subditis, nuntiis et ambasiatoribus civitatum, terrarum, castrorum ac villarum obedientie dicti fratris nostri, regis Polonie, in regno Hungarie et ejus terrarum ac dominiorum quorumcunque per principatus, terras et dominia quelibet, ut prefertur, nobis et germano nostro ac illis, qui in hac unione comprehenduntur, obedientia ac subjecta, ubicunque ire, transire, negotiari et morari, ubi et quotiens placuerit et opus erit, omnibus occasione rei cujuscunque arresto, detentione seu impedimento prorsus amotis, hoc salvo, quod terris et principatibus ac dominiis predictis in his, que fieri et observari sunt ibidem solita et consueta, ac ipsorum juri in hoc non derogetur quodque transitus, negotiationes ac more, ut prefertur, ad damnum terrarum, principatuum et dominiorum predictorum aut subditorum eorundem, ut premittitur, non tendant. preterea in casu, quo aliqui ipsius fratris nostri, regis Polonie, aut nostri seu prefati germani nostri aut illorum, qui in hac unione includuntur, subditi predictis contraire aut ea modo, quo premittitur, observare nollent seu recusarent, sed spolia aut alia damna hinc inde inferre vel continuare presumerent, extunc utraque pars ad repressionem et emendationem talis vel talium damnificantis vel damnificantium intendere, procedere ac exurgere teneatur, quandocunque una pars aliam duxerit requirendam, ut sic unitis viribus molestationes[1] evellantur. sed, si aliqua partium vellet vel posset talia sine auxilio seu invocatione alterius partis perficere, hoc ei liceat sine impedimento alterius partis. hanc autem ordinationem seu dispositionem taliter factam harum serie litterarum ac verbo nostro regio inconcusse et inviolabiter observare et observari facere pollicemur et durare volumus eandem per biennium a festo ascensionis domini nunc instanti, intelligendo istam unionem de regno Hungarie et obedientia fratris nostri, regis Polonie, in eodem regno et omnibus aliis terris et dominiis suis ac de terris et principatibus nostris ac illustrissimi principis Ladislai, regis Hungarie et Boemie ducisque Austrie etc., patruelis

[1] *cln.* molestatores.

Digitized by Google

nostri carissimi, cujus gubernationem gerimus atque germani nostri, ducis Alberti, videlicet Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole[1] et tota parte et obedientia prefati patruelis nostri, regis Ladislai, in regno Hungarie, sive sint prelati, capitanei, barones, nobiles, civitates, castra, opida, ville seu comunitates ac omnibus aliis hereditariis terris suis, qui omnes suprascripti frui debent hac unione in omnibus articulis supra notatis. in eventu autem, quo aliquis ex nostris seu patruelis et germani nostrorum predictorum subditis se ex hac unione vellet extrahere et alios damnificare, per hoc hec unio et intelligentia non sit nec intelligatur esse rupta. sed pars lesa et damnificata procedere possit modis congruis, prout oportunum fuerit, ad repressionem talium offendentium et inobedientium sine impedimento alterius partis. quo quidem termino lapso erit in arbitrio nostro et prefati fratris nostri, regis Polonie, et illorum, qui in hac unione comprehenduntur, unam similem vel aliam unionem secundum qualitatem temporum et emergentes causas conficere et ordinare in omnibus premissis, dolo et fraude cessantibus quibuscunque. in cujus rei testimonium atque robur sigillum nostrum regium presentibus est appensum. et nos Albertus, Austrie Stirieque[2] etc. dux prefatus, quia hanc unionem amplectimur et illam pro nobis et subditis ac obedientibus nobis acceptamus, promittentes, eam sub principis bona et sincera fide in omnibus suis clausulis inviolabiliter observare, ideo sigillum nostrum de nostro beneplacito etiam presentibus est appensum. datum Vienne in predicto festo ascensionis domini anno ejusdem 1444, regni nostri anno 5.

LXXXVIII.

Kaspar Schlick an den Kardinal Giuliano Cesarini; Wien, 28. Mai 1444. Über den Waffenstillstand, dessen praktische Folgen er bezweifle; doch hoffe er, daß daraus ein dauernder Friede erwachsen könne. Über die Bedeutung des bevorstehenden Reichstages in Nürnberg, wohin der König am 24. Juni zu gehen gedenke.

Aus clm. 12725, Bl. 131 und Chigi J VI, 208, Bl. 341; N. 169.

---

[1] *clm. fehlt* Stirie—Carniole; *dafür* etc. — [2] *Fehlt clm.*

Digitized by Google

Reverendissimo in Christo patri domino Juliano, cardinali sancti angeli, apostolice sedis legato, Gaspar Sligk, cancellarius imperialis, *salutem plurimam dicit.*[1]

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime.[2] eram dubius, quid cause foret, quod ad me diu non scripsissetis.[3] verebarque, ne vel mei essetis obliti vel alia vobis molestia contigisset, que scribere non permitteret, cum litteras vestras accepi in die ascensionis ex Buda missas,[a] que mihi

---

[1] *Die Adresse fehlt clm.* — [2] *Die Anrede fehlt Ch.* — [3] *Da aus den früher mitgeteilten Briefen hervorgeht, daß der Kanzler an Cesarini in der Pluralform schrieb, habe ich diese gegen die Singularform der Vorlage in den Text eingesetzt.*

[a] *Der Brief des Kardinals an Schlick lautet nach clm. 12725, Bl. 130:*

Epistola Juliani cardinalis domino cancellario.

Magnifice domine, amice noster dilectissime. solemus litteras vestras legere aliter quam aliorum, hoc est majori cum voluptate et letitia. in his enim ab initio usque in finem nihil est, quod nos mirum in modum non delectet, sive hoc faciat vera amicitia, qua alter alterum diligimus sive egregius atque suavis vester dicendi modus. itaque si cupitis ab his nos relevare angustiis, que in istis regionibus nos undique circumseptos tenent, scribite nobis crebro nec cura vobis sit, quid scribatis, dummodo aliquid qualecunque scribatis. quod si in his addideritis bonam valitudinem cesaris nostri ac vestram, nihil amplius requiremus. advenerunt huc imperiales oratores, dominus Georgius et dominus Petrus, qui diligenter ac prudenter executi sunt legationem suam. ipsos juxta mandatum litterarum augustalium et exhortationem vestram audivi quantum potui et cum ipsis usque ad insulam Cepel, ubi recreationis gratia residet iste *serenissimus* dominus rex et vester palatinus, profectus sum. ibi lectis litteris treugarum et additamentis factis per cesaream majestatem orta est non parva difficultas, ita ut aliquando dubitaverimus, ne istud negotium votive consumeretur. feci, quod potui, ne re infecta oratores redirent et tandem operante eo, qui semper pacis auctor est, treuge ipse concluse sunt, juxta tenorem litterarum imperialium, pro qua re non mediocrem suscepi letitiam, tum propter cesaris nostri honorem, tum ut bellorum auferatur seminarium, tum ut exercitus contra impios Turcos institutus liberius ac copiosius in nomine domini procedat, forsitan antequam treugarum expiret tempus. is, qui dixit, ego cogito cogitationes pacis, interim aliquid cogitabit, vel ut rectius loquamur, ab eterno cogitavit, unde perpetua pax in hoc jam nimium lacerato regno oriri possit. id autem, quod in fine litterarum subjungitur, quod negotia sanctissimi domini nostri pape cum omni favore prosequimini in dieta Norembergensi, dignos vos profecto faciet non mediocri merito apud deum, cujus ipse vicarius est, et laude apud homines, quorum ipse est pastor. non latebit hoc suam sanctitatem, intimabimus enim sibi, ut cognoscat, qui sui sunt et eos digne remuneret. date operam, vir optime, ut in

Digitized by Google

non solum dubietatem ademerunt, sed magnam quoque et voluptatem et letitiam prebuere. ex illis nanque sospitatem vestram intellexi et memoriam mei semper menti vestre herere. agnovi quoque, quo animo litteras cernitis meas, quod certe ex ami-

---

ista dieta Norimbergensi laberintus ille inaudite olim neutralitatis penitus effringatur. non decet tantum principem, qui scutum est ecclesie Romane, in eo statu constitui, ut nesciat vel nescire videatur, ubi sit ecclesia Romana, quod inuit nomen ipsum neutralitatis. scimus, quod in animo sentit ipse gloriosissimus princeps, nam nobis vestra magnificentia interpretante revelavit. sed cum dicat apostolus, corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, decet majestatem suam pro salute propria et innumerabilium sibi gentium subditarum ita agere, ut veritas, quam ipse credit, manifestetur et credatur ab aliis. cuperemus, ut in dieta Norimbergensi post declarationem, factam pro justitia et veritate sanctissimi domini nostri Eugenii, ipse cesar et imperii electores ac principes Alemanie aliquid deliberent pro incremento sacri nominis Christiani, decernendo aliquod passagium contra impios Saracenos, salutifere crucis perpetuos hostes. hoc quippe crederet ad summam gloriam et honorem cesaris nostri et totius nationis Germanice, hoc etiam officio imperiali potissimum conveniret, et cum alii principes retroactis temporibus hoc sanctum opus aliquando temptaverunt, deceret suam majestatem, que ad hoc majori obligationis vinculo astringitur, id ipsum facere. posset autem hec res non difficulter fieri. nam si pro qualibet domo Alemanie imponeretur unus florenus Renensis, colligeretur hinc maxima pecunia et sine magno onere, et, ut levius supportaretur, posset fieri, quod si una villa habet centum domos, solveret ipsa centum florenos, qui postea distribuerentur inter habitatores secundum facultatem cujuslibet, ne pauper tantum solveret quantum dives. posset etiam per sedem apostolicam concedi *serenissimo domino* regi Romanorum vera et integra decima omnium fructuum ecclesiarum, quod ascenderet ad maximam summam. interim dominus noster concederet plenariam indulgentiam a culpa et pena his, qui ad hoc sanctum opus contribuerent, unde etiam maxima pecunia exieretur. etiam dominus noster papa de fructibus ecclesie Romane cum subsidio Venetorum et aliorum posset parare maximam classem ad ferendum gentes, ituros ad hoc passagium. nescimus, quid cesarea majestas et inclita natio Germanica possit facere gloriosius et fructuosius in vita sua. ista sunt opera, que decent augustum, ut re ipsa augeat fidem Catholicam. ista sunt studia, que Christianis principibus conveniunt et presertim illi nationi, in qua collocatum est imperium. forsitan irridebitis has nostras cogitationes, sed prestantius est occupare animum in his, quam in rebus noxiis et otiosis. si Christum coleremus corde sicut ore et si, quemadmodum Saraceni spurcissimam Macometi sectam dilatare conantur, ita et nos orthodoxam fidem ampliare niteremur, sepius quam faciamus de his rebus cogitaremus. rogamus vos, ut nos sepe recomittatis regie majestati. valete feliciter. datum Bude, in die ascensionis domini *1444*.

Digitized by Google

citia ut scribitis provenit. quamvis aliqui inter servum et dominum non amicitiam sed tantum dicant dilectionem vigere, non est tamen de re, sed de nomine disputatio. mihi tam servi, qui pro salute dominorum, quam domini, qui pro servorum capite magnis sese objectant periculis, veri videntur amici. quis enim non servum illum vere amicum judicet, qui ob vindictam necati domini Hannonem, Penorum imperatorem, interemit captusque ridens crucem subivit, sicut et Livius scribit et Cicero? nisi fortasse dicere volumus, servum esse desinere, qui domini nanciscitur amicitiam, cum amicus sit alter ego et amicitia nichil sit aliud, quam divinarum et humanarum rerum cum summa caritate consensio, intra cujus pomeria nec servitus intrat nec dominium. sed sive hoc, sive illud sentimus, mihi palam est, ex amore fieri, quod epistolis meis benignus est auditus vester, et quia sic confido, scribo sepius vestre dignationi nec vereor ineptias meas ostendere et nunc res leves, nunc irrisione dignas significare, dum vestri non videar oblitus, qui semper sum memor. sed utinam sciret vestra reverendissima paternitas, quo vultu, quo animo, quaque jocunditate et alacritate vestras suscipiam litteras. certe non semestre aut trimestre, sed omnis dies mihi scripta vestra deferret et, cum me scribere poscitis, ipsi potius scriberetis. sed mitto hec, sperans deinceps frequentiores epistolas ex vobis me recepturum. quod de treuguis refertis, cognovi libenter. nam et ego in hac parte magnam operam prebui, ut reciperentur, ut qui Hungarie tanquam patrie mee bene esse cupio et illius videre quietem totis affecto precordiis nec exercitui contra Teucros[1] ituro vellem aliquid obstare tum quod subditos meos pacis commoditate potiri desidero. sed timeo, ne meum desiderium evanescat et plus aliis quam mihi mea studia prosint, ut sepe fit, quod aliis conserimus agros. nam Pancratii satellites, qui Calisii sunt, non abstinent holdis meosque rusticos non sinunt quiescere, sed graviores dietim[2] exactiones agitant, ut jam videre videar treuguas ipsas, que omnibus sunt accomode, mihi tantum modo noxias fore, nisi aliter provideatur. ego certe apud cesarem nostrum summo studio nixus sum, ut in agris magnifici domini palatini holdarum esset exactio, in qua re scriptum est capitaneo Jaurini, quantum opus est, nec illius agricole amplius vexabuntur. confido igitur, palatinum

[1] *EI* Turchos. — [2] *EI* in dies.

Digitized by Google

ipsum mihi vicissitudinem redditurum sicuti sibi scribo. sed proderit etiam mihi diligentia vestra cum ipso palatino, si apud serenissimum [1] dominum [1] regem Polonie et alios, prout res desideraverit, meam causam promoveritis. ad quam rem non porrigo multas preces, quoniam viris prudentibus et amantibus satis est indigentiam denudasse vulnusque medico detexisse. solum peto, ut treugue, que publice sunt utiles, privatim quoque frugifere sint, quia nec publica sine privatis stant, nec sat est erarium civitatis vel principis abundare, nisi et domus private sint opulente et scrinia civium plena. magnopere curandum est, ut he biennales indutie rate sint et stabiles, quoniam sicut existimatis aliquid pariet hec temporanea pax, ut melior possit haberi et longior. nam sicut ex parvo bello majus nascitur, sic ex brevi pace gigni diuturnior potest. mollificabuntur hoc biennio, sicut putandum est, truces animi, subibunt injuriarum oblivia, commercia invicem habita familiaritates parient, ex quibus facile, si sic divine pietati placuerit, universalis concordia poterit inveniri, quod deus concedat. [2]

Nunc res ecclesiasticas ingredior. laudatis me, quod in Nurembergensi dieta [3] labores meos pro pace ecclesie et veritatis defensione sim positurus. hoc non me dignum laude, sed indignum reprehensione facit, quia obnoxii sumus omnes, qui Christiano censemur nomine, matrem nostram ecclesiam consolari, veritatem tueri, Christi vicarium honorare et apostolice sedi reverentiam atque obedientiam impartiri. qui secus agit, dignus est opprobrio et anathemate ac cum Dathan et Abiron deglutiri a terra deberet. sed certe in hoc scismate, quod nunc ecclesiam labefactat, hos decet potissime insurgere, qui majori potestate et auctoritate fruuntur et hi maxime arguendi sunt, si negligentes atque desides crescere malum sinunt et virus effundi amplius. me quidem et mei similes oportet hortari, rogare, instare, et incessabili vocis tuba clamitare, ut principes evigilent manumque apponant, quod ego pro mea virili non negligo speroque, si res non bene iverit, mihi nichil esse imputandum, quia nec clavus nec temo in mea est manu. jam ibimus Nurembergam, nam rex et sui, frater [4] et patruelis, itineri se accingunt. puto quia circa Johannis festum exibimus Austriam. quid secuturum ex dieta [5] sit, nec dicere possum nec opinari. tot enim capita

[1] *E I gestrichen.* — [2] quod—concedat *fehlt clm.* — [3] *E I* conventu. — [4] *E I* fratres, germanus. — [5] *E I* ex dieta *gestrichen.*

Digitized by Google

sunt, ut nichil difficilius sit, quam vaticinari, quo illa divertant. quot homines, tot sententie. audio plura, que me conturbant. utinam, sicut alias scripsi, vestra reverendissima *paternitas* in dieta fuisset, quia et consilio et auctoritate multum ad pacem valuisset. quicquid sequetur, forti animo tolerandum erit, quamvis non putem id obtinere, quod paucorum perfidia et ambitio querit, sed tum adversus hos vestra *reverendissima dominatio* profuisset et cum regia majestate et principibus electoribus de passagio transigere potuisset. res ardua et maxima magnos promotores desiderat nec tot principes in unum convenire queunt, nisi facundia boni viri moveantur. ipsi per se principes nunquam ista somniant nec fidem prebent, si quis non maxime auctoritatis velit persuadere. ego certe, *reverendissime pater*, egregie, quod scribitis, capio nec derideo cogitatus vestros, ut suspicamini, sed probo laudoque nec scio, in qua re possitis utilius quam in hac insudare. quid enim vel honestius vel sanctius est quam nomen Christianum ampliare, quam fidem seminare Catholicam, quam animas diabolica fraude deceptas ad lumen veritatis reducere. hoc est sane, quod cardines decet ecclesie, hoc est opus ecclesiastici viri, hoc dignitati vestre precipue convenit. sed mihi, reverendissime pater, impossibile videtur, tantum opus per litteras fieri. cum Athenienses bello premerentur, Demosthenes, qui tunc exul erat, non litteris, quamvis scribere facundissime sciret, sed lingua universas Grecie civitates in favorem patrie movit. idem mihi vestre reverendissime paternitatis gerendum videretur. suscipienda legatio foret ad Germanie, Gallie et Brittanie principes rogandusque rex noster, ut sicuti regum primus est, ita et belli principem se constitueret. scio, quia Minervam doceo, sed non obest. magna res Hungaria est, multos viros habet multasque vires, sed ad pellendum Teucros [1] Europamque vindicandam majori potentia opus est. nec vos id inficiamini, qui et Germanos concurrere cupitis et Italorum classem. sed mihi non possum persuadere,[2] tantam rem per litteras posse concludi.[3] ideo videre vellem, *reverendissimam paternitatem* vestram principes nostros adire cum mandatis et bullis apostolicis et eorum, qui consentiunt, litteris, quo casu nedum de passagio ad Greciam ex unguibus Maumetti sed Asiam quoque liberandam sperarem. hec volui dixisse cum venia. commendo me vestre

[1] *EI* Turchos. — [2] *EI* non persuadeo. — [3] *EI* moveri.

Digitized by Google

paternitati reverendissime. cesar vobis et vestre virtuti mirum in modum est affectus. deus secundet iter vestrum et quod paratis opus. datum Vienne, die 28. maji 1444.

LXXXIX.

Kaspar Schlick an Laurenz von Hederváry; Wien, 28. Mai 1444. Hat die Wünsche des Palatins dem Könige vorgetragen und deren Erfüllung erwirkt; bittet nun auch seinerseits, der Palatin möge sich dafür einsetzen, daß seine Untertanen vor den Einfällen der Leute des Pankraz verschont bleiben.

Aus clm. 12725, Bl. 132 und Chigi J VI, 208, Bl. 339 mit des Eneas Notiz* dimitte hanc *(gedruckt bei Cugnoni, Nr. XXXII).*

Gaspar Sligk, cancellarius imperialis, Laurentio, palatino Hungarie, viro magnifico fratrique optimo, *salutem plurimam dicit.*[1]

Magnifice vir, frater et amice optime.[2] vidi litteras vestras,[3] quas regie majestati super facto possessionum vestrarum[4] Jaurinensium transmisistis,[5] cognovique justum esse quod petebatis[6] de sublatione holdarum. memor igitur eorum, que mihi alias super hac re scripsistis,[7] adhortatus sum regiam serenitatem vestro[8] desiderio, ut morem gereret petitionemque vestram[9] et justam et honestam demonstravi. quibus ex rebus scribit nunc regia clementia capitaneis Jaurini[10] presentibus et futuris, ut agros vestros[11] colonosque intactos dimittant nullamque his durantibus treuguis, que modo concluse sunt, ex vestris[12] subditis exactionem recipiant aut permittant recipi, quod libenter regia sublimitas vestro[13] intuitu fecit, quia et pacem et commune bonum vobis[14] cordi esse confidit. verum, magnifice frater, tunc amicitia valet, quando reciproca sunt obsequia. ego in hac parte rem vestram,[15] ut decet amicum, promovi. spero, quod idem erga me vos faciatis,[16] nanque Pancratii servitores, qui Calexii remanserunt, non cessant rusticos meos Novicastri vexare holdasque petere. si cui tamen treuge predicte prodesse

---

[1] *Die Adresse lautet clm.:* Laurentio Palatino. — [2] *Die Anrede fehlt Chigi.* — [3] *Ch.* tuas. — [4] *Ch.* tuarum. — [5] *Ch.* transmisisti. — [6] *Ch.* petebas. [7] *Ch.* scripsisti. — [8] *Ch.* tuo. — [9] *Ch.* tuam. — [10] *Ch.* Jaurinensibus. — [11] *Ch.* tuos. — [12] *Ch.* tuis. — [13] *Ch.* tuo. — [14] *Ch.* tibi. — [15] *Ch.* tuam. — [16] *Ch.* me facies.

Digitized by Google

debent, mihi potissimum utiles esse deberent, qui omni cura, studio, solicitudine atque ingenio conatus sum illas persuadere. nescio, an ex arbore, quam plantavi, legere fructum potero. quis enim vineam plantat, et non vindemiat uvas? aut quis serit frumentum et non colligit messem? iniquum est, gregem alere et lactis non esse participem. rogo igitur magnificentiam vestram,[1] ut mihi in hac re consulatis[2] atque, sicut ego apud dominum nostrum regem causam vestram[3] commendatam suscepi, sic vos[4] apud serenissimum principem dominum regem Polonie et alios, ubi opus fuerit, instare velitis[5] pro meorum relevatione subditorum, ut ego quoque treuguarum gaudeam fructu et commodum sentiam mei laboris. non dico plura, quoniam satis est, amico necessitatem exposuisse. litteras tamen vestras[6] super his responsales expecto, ad vestra[7] semper beneplacita pronus et affectus. datum Vienne, 28. maji 1444.[8]

XC.

Kaspar Schlick an den Kardinal Giuliano Cesarini; Wien, 24. Juni 1444. Wundert sich über des Kardinals langes Stillschweigen, spricht ziemlich skeptisch über den kommenden Reichstag zu Nürnberg.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 337; N. 168.

Reverendissimo in Christo patri domino Juliano, cardinali sancti angeli, Caspar Sligk, imperialis cancellarius, *salutem plurimam dicit.*

Accedunt nos in dies[9] ex Buda diversi nuntii nec ullus est, qui me vestris[10] litteris consoletur. quid cause sit non scio solumque mirari me restat. interdum etiam conjecturis utor sepeque mecum dico, aut nimis secunde sunt res cardinalis, que servitorum oblivionem prestant aut nimis adverse, quas scribere non vult, ne me contristetur. sed neque hic quiesco. nam cum

---

[1] *Ch.* tuam. — [2] *Ch.* consulas. — [3] *Ch.* tuam. — [4] *Ch.* tu. — [5] *Ch.* velis. — [6] *Ch.* tuas. — [7] *Ch.* tua. — [8] *clm. hat nur* ut supra; *das Datum erhellt aus dem Schreiben Schlicks an Cesarini vom selben Tage und aus den im Briefe erwähnten Ereignissen.* — [9] *E I* dietim. — [10] *Entsprechend den früheren Schreiben des Kanzlers an den Kardinal habe ich die Singularformen des cod. Chigi auf die ursprünglichen Pluralformen zurückgeführt.*

Digitized by Google

vestram prudentiam et summam sapientiam mente revolvo, scio, quia nec prosperis rebus inflamimini nec contrariis succumbitis, sed quemadmodum de Socrate suo dicere Santippe solebat, in omni fortuna vultum eundem geritis, nec vultum dumtaxat ut ille sed animum quoque. cur ergo aut unde sit hec taciturnitas non possum agnoscere. is nuntius, qui modo palatini litteras ad me detulit, epistolam meam inquit se vestre paternitati reddidisse. posset aliquis dicere latere vos, cum aliqui huc veniunt. id fit, quia non est inquisitio facta. non admitto expurgationem hanc. altior causa me quiescere faciet, quam nec cogitare possum nec somniare. utcunque sit, precor vestram dignitatem, ne me detis oblivioni neve me vestris scriptis privatum faciatis. cupio scire sospitatem vestram, regni Hungarie statum et quid adversus perfidam Machometis sectam paretur. scitis ita inter nos esse condictum, ut et vos mihi Hungarica et ego vobis facta Teutonica renuntiem. inter omnes homines servanda sunt pacta et hinc fides dicitur, quia fit, quod dictum est. si non est apud vos papirus, scribite more vetusto in cereis tabellis et ego abhinc navem non papiro tantum, sed etiam pergameno per Histrum vobis onustam mittere curabo. nunc, ne quod reprehendo, ipse faciam, significabo, quid hic fiat. dilatum est usque in hanc diem iter ad dietam[1] Norembergensem non sine magnis et arduis causis. possum dicere non esse itum. sed cur non sit itum, etsi scio causas, non possum dicere. vos scitis, regibus quante sint cure. non tam facile rex movet castra quam miles equum ascendit. nunc jam sumus ad iter accincti. non puto me amplius ex his locis vestre paternitati scripturum. ex Noremberga fortasse meas litteras accipietis.[2] illuc sequuntur regem Albertus et Sigismundus Austrie duces, Ulricus, Sillacei comes, et dominus de Wallsee, principes Teutonie et oratores communitatum omnes aderunt. quid secuturum sit in rebus ecclesie nedum scribere sed cogitare difficilimum est. sunt enim inter se principes admodum discordes et alii huc alii illuc trahunt. Johannes Carvajal, vir cum doctus tum sensatus, et Nicolaus Cusanus, nostri sanguinis oculatissimus, illic sunt. et alterius partis oratores jam tonitrua et corruscationes inceperunt. utinam pluviam non grandinem habeamus. sunt nonnulli, qui judicia sua pluris faciunt quam totius orbis sententiam. voluissem in

[1] *E I* conventum. — [2] *E I* recipietis.

Digitized by Google

hac dieta[1] mentem vestram, reverendissime pater, afuisse. non minus hic utilis sermo vester fuisset, quam manus contra Teucros.[2] bellum apud nos verbis geretur, in quo certamine scio quantum valuissetis. prelium contra infideles, etsi militum cohortationes desideret et consilia matura, manibus tamen magis quam verbis gerendum est. nec preterea minus est utile unionem in civitate tueri quam hostes pellere, quid enim prodest eos, qui extra ecclesiam sunt, conprimere, si ab iis, qui intus sunt, laceramur? sed dixi jam satis. ex Italia nichil novi habeo, nisi quod ille conventus, qui Senis pro communi totius Ausonie pace diutius sedit, rebus infectis dissolutus est. nec animi principum conjunctiores sunt, quam antea fuerint. vobis forsitan certius illius terre nova scribuntur, unde vestra origo est. mihi, quia solo materno genere sum Italie conjunctus, non tam diligenter singula patefiunt. valete optime et me, qui semper vester fui et ero vita comite, nolite vestrorum scriptorum expertem facere. datum Vienne, 24. junii 1444.

XCI.*

Kaspar Schlick an Konrad von Schlesien-Öls, Bischof von Breslau; [Sommer 1444].[a] Empfiehlt ihm die Angelegenheiten Wenzels von Bochow.

Aus cod. Lobkowitz 462, Bl. 54 und clm. 12725, Bl. 55, in ersterem mit der Aufschrift: Dominus cancellarius scribit episcopo Wratislavienſi rogans, ut negotia Wenceslai de Bochow habeat recommissa sibique in persona procuratoris sui favorabiliter assistat.

Reverende[3] in Christo pater ac colende domine, princeps illustris.

Honorabili[4] viro Wenceslao de Bochow,[5] canonico Lignicensi,[6] Romane regie cancellarie notario, multis annis ita familiariter usus sum, ut eum non minoris faciam quam si meo ex genere foret ortus. is quedam negotia apud vestram paterni-

---

[1] *E I* hoc conventu. — [2] *E I* Turcos. — [3] *clm.* Reverendissime. — [4] *clm.* Venerabili. — [5] *clm. nur* B. — [6] *clm. nur* L.

[a] *Zur Datierung: In einem ungedruckten Briefe vom 6. V. 1444 nennt sich Wenzel von Bochow canonicus Legnicensis, in einem anderen vom 22. September 1444 canonicus veteris capelle Ratisponensis et plebanus in Hiersperg; das Schreiben Schlicks muß also zwischen diese Daten fallen.*

Digitized by Google

tatem habet expedienda, quarum curam honorabili viro H. Roraw ad partes illas nunc proficiscenti commisit. quare cum circa hec vester favor sibi sit plurimum[1] necessarius idemque speret, litteras meas non parvam vim apud vestram *dominationem* habituras, dignum existimavi, immo etiam debitum, pro viro mihi fidelissimo scribere, cui labores et operas dietim pro me ponenti preces meas negare[2] non convenit. rogo igitur *vestram* paternitatem et obnoxius deprecor, ut H. prefato in omnibus, que pro dicto *Wenceslao* tractaverit, benignas aures et oportunos favores velitis impendere atque ita efficere, ut littere mee aliquid apud vos valere videantur, sicut et ego pro vestris vel necessariis vel amicis requisitus efficerem, qui semper ad vestra mandata sum promptus. datum.

XCII.*

K. Friedrich an Richter und Geschworene der Stadt Kronstadt;[a] [1445?]. Befiehlt, den Rektor der Martinsberger Kirche Peter in der freien Nutznießung des der Kirche gehörigen Grundstückes nicht zu stören.

Aus clm. 12725, Bl. 183.

Fridericus etc. honorabilibus judici et juratis civibus totique communitati civitatis Brassoniensis, nobis sincere dilectis, gratiam *regiam* et *omne bonum*.

Ex conquestione honorabilis Petri, rectoris capelle *sancti* Martini episcopi extra muros civitatis vestre, percepimus, quod licet olim dive memorie Sigismundus, Romanorum imperator ac rex Hungarie, pro salute anime suc et ceterorum Hungarie regum preteritorum et futurorum prefate capelle *sancti Martini* et ejus in perpetuum rectoribus quandam sessionem sive fundum curie desertum ac edificiis destitutum in prefata civitate Brasoniensi ex opposito claustri beatorum Petri et *Pauli* apostolorum sitam simul cum omnibus utilitatibus et libertatibus et pertinentiis ad ipsam sessionem seu fundum curie spectantibus dedisset et contulisset, clare memorie Alberti Romanorum et Hungarie regis, patrui nostri carissimi, nec non Elizabeth regine, conthoralis

[1] *clm.* presertim. — [2] *clm.* negare meas.

[a] *Nach freundlicher Mitteilung des Herrn Stadtarchivars Hertel finden sich im Kronstädter Archive keine Anhaltspunkte, das Datum dieses Schreibens näher zu bestimmen.*

Digitized by Google

ejus, confirmationibus et ratificationibus subsecutis, vos tamen hujusmodi concessioni et donationi contravenientes ac piam voluntatem tantorum principum infringentes tot et tanta eidem rectori et suis inquilinis impedimenta hactenus prestitistis et adhuc de presenti prestare non desistitis, quod ipse sessione sive fundo curie prefato nullatenus frui potest nec ullam valet exinde percipere utilitatem, sed potius dispendiis et gravibus afficitur damnis contra predictorum regum intentionem et in magnum dicte capelle et divini cultus in ea celebrandi prejudicium. quapropter supplicavit nobis humiliter dictus *Petrus*, quatenus sibi vice et nomine serenissimi principis Ladislai, Hungarie etc. regis, patruelis nostri carissimi, quem tanquam proximior consanguineus tenemus et gubernamus, sibi et dicte capelle super predictis de oportuno dignaremur remedio providere. nos igitur attendentes, justam esse petitionem suam, cum decreta[1] principum violari non debeant cunque juvanda sint et defendenda, que pro divini cultus augmento et animarum salute fiunt, vos et universitatem vestram hortamur et requirimus ac vice et nomine dicti patruelis nostri vestrique regis et principis injungimus et mandamus, quatenus sub obtentu gratie prefati regis *Ladislai* ab hujusmodi impedimentis et molestationibus desistentes *Petrum* antedictum rectorem ejusque successores in perpetuum juxta vim, formam et tenorem prefate concessionis et donationis Sigismundi imperatoris et confirmationum predictarum hujusmodi sessione sive fundo curie cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis pro sua suorumque successorum sustentatione, commodo et utilitate ac pro libito sue voluntatis libere uti et gaudere permittatis et alios quoscunque permittere faciatis, in quantum nobis complacere et dicti patruelis mandatis, cujus vice in hac parte fungimus, obedire volueritis, presentibus autem per vos visis et lectis easdem rectori prefato sine contradictione restituatis. datum.

XCIII.*

K. Friedrich an Dionys Szécsy, Erzbischof von Gran; [1445?]. Verlangt, daß Peter, der Rektor der Martinsberger Kirche, unbehelligt in seinen Rechten bleibe und erteilt dem Erzbischofe die Vollmacht, in dieser Angelegenheit alles Nötige zu veranlassen.

Aus clm. 12725, Bl. 184.

[1] *Hs.* decerta.

Digitized by Google

Super eodem archiepiscopo Strigoniensi.

Reverende pater, sincere nobis dilecte.

Mandavimus per quasdam alias litteras vice et nomine serenissimi principis Ladislai etc. honorabilibus judici et juratis civibus civitatis Brasoniensis, quatenus honorabilem Petrum, rectorem capelle *sancti Martini*, libere et sine ulla molestatione quadam sessione sive fundo curie, sito in dicta civitate ex opposito monasterii *sancti* Petri et *Pauli* apostolorum, juxta donationem dive memorie Sigismundi, quondam imperatoris, et Alberti, Romanorum ac Hungarie etc. regis, nec non conthoralis sue, regine Elizabeth, confirmationem et ratificationem subsecutam, frui et gaudere permittant. quod si dicti cives in hoc rebelles essent dictoque rectori ulterius molestias inferre niterentur, devotionem tuam hortamur tibique nomine dicti patruelis injungimus, quatenus inter cives et rectorem predictos judicem constituas, qui partibus auditis jus administret et quemlibet in suis terminis quiescere cogat, justitia mediante, super qua re tibi et dicto judici per te constituendo vice prefati regis Ladislai, quem tanquam proximior consanguineus tenemus et gubernamus, plenam et liberam committimus tenore presentium facultatem et potestatem. datum.

XCIV.*

K. Friedrich an das Domkapitel in Prag; [1445?]. Tadelt es wegen seines eigenmächtigen Vorgehens bei Besetzung der Stelle eines Propstes in Leitmeritz.

Aus clm. 12725, Bl. 184.

Capitulo ecclesie Pragensis.

Honorabiles, devoti, sinceri, d*ilecti*.

Percepimus ex litteris vestris, quod de prepositura ecclesie *sancti* Steffani Luthomericensis, Pragensis diocesis, per obitum Jaxonis[a] ipsius ultimi prepositi vacante, honorabili Johanni,[b] preposito ecclesie omnium sanctorum castri Pragensis, providistis, licet nulliter, et de facto petentes hujusmodi provisionem per

---

[a] *Wohl Jakob (Jaśno) von Nimburg, der nach Frind: Kirchengesch. Böhmens IV, 176 noch 1445 als Propst urkundet.* — [b] *Johann von Loprechtic, bisher Archidiakon des Bechiner Kreises und Pfarrer von Krumau.*

Digitized by Google

nos gratam et ratam haberi. de qua re plurimum sumus admirati, cum eadem prepositura ex jure patronatus, sicut nostis et met scribitis, regis Bohemie sit, nullusque alius quam serenissimus princeps Ladislaus, rex Hungarie etc. regnique Boemie dominus et verus heres, illam, cum vacat, conferre habeat. ea propter decebat vestras devotiones vel ad ipsum patruelem vel ad nos, qui eum tanquam proximior consanguineus tenemus et gubernamus, recurrere, qui vel ipsum Johannem vel aliam personam idoneam presentavissemus. quod autem vos primo provideatis et a nobis ex post confirmationem postuletis, ordo preposterus est, a nobis, qui jura dicti patruelis tueri et conservare debemus, nullatenus admittendus. patroni enim est providere et vestri officii, vacante sede archiepiscopali, personam presentatam instituere, non autem jus alienum attingere, quod nulla consuetudo, quam in littera vestra pretenditis,[1] . . . que, uti nostis, cum alterius damno et prejudicio corruptela est potius appellanda. ideoque devotiones vestras hortamur attente, ut deinceps, que juris patronatus sunt dicti patruelis nostri, intacta dimittatis, ad ipsum vel ad nos pro debita provisione recurrentes et recurri mandantes, ubi tam vobis quam ceteris regnicolis, recto ordine provisiones petentibus, ut justum et consonum fuerit, gratus impartietur assensus. datum.

XCV.*

K. Friedrich an Papst Eugen IV.; [Wien, Anfang Februar 1445].[a] Bittet ihn um seine Unterstützung in Ungarn, damit Ladislaus zum Könige gewählt werde.

Aus clm. 12725, Bl. 163.*

Sanctissimo in Christo patri et domino, domino Eugenio, sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici.

---

[1] *Die Stelle ist verderbt; ein in der Hs. folgendes* preter introducere *gibt keinen Sinn.*

[a] *Das ungefähre Datum ergibt sich aus der Erwägung, daß auf der Versammlung der ungarischen Magnaten in Stuhlweißenburg am 6. Februar der Reichstag nach Pest für die erste Oktave nach Ostern ausgeschrieben wurde; Fessler II, 496; Szalay III, 86.*

Digitized by Google

Beatissime pater et domine. non decidit a nostra memoria, quod alias vestre sanctitati scripsimus commendatamque fecimus causam serenissimi principis Ladislai, Ungarie etc. regis regnique Boemie regis heredis etc., patruelis nostri carissimi, sperantes, quod vestra *sanctitas* injuriam sibi illatam benigniter amoveret et nulli penitus titulum regni illius, prout aliqui instabant, conferendo satisque tunc cognovimus, *vestram* sanctitatem in ea re tam justitie quam nostris petitionibus satisfecisse. nunc autem, ut *vestre* sanctitati omnia sint cognita, post lamentabilem casum carissimi fratris nostri, regis Polonie, Christiani quoque exercitus, quem merito deflemus et dolere non cessamus, majores regni quam plures, qui etiam contrarii fuerunt patrueli nostro prefato, conscientia et ratione permoti, sese obedientie ipsius offerunt, ita ut pars utraque quasi in unum vota sua pro memorato patruele nostro direxerit, jamque instituta est generalis dieta in Buda, civitate principali regni Hungarie, pro hujusmodi negotiis adaptandis, requisitique sumus, oratores nostros illuc transmittere quemadmodum et facturi sumus. et quia pax regni illius inveniri nequaquam potest, nisi consensu unanimi et patruele nostro concorditer accepto, prout magnates regni deo cooperante facturos non diffidimus, rogamus intime vestram sanctitatem atque obsecramus, quatenus eadem, que in regno prefato non mediocrem obtinet obedientiam atque reverentiam, dignetur scribere litteris suis benignis congregationi hujusmodi Budensi persuadendo et paternis indutionibus eos adhortando, quatenus suum verum heredem et regem, puerum profecto scitum, formosum et maxime spei, sine contradictione recipiant sibique obediant pacique regni sic consulant, recogitentque avum hujus pueri fuisse Sigismundum, patrem vero Albertum matremque suam et ipsum in regno natos omnesque sancta corona illius regni, quam patruelis noster in sua potestate habet, cerimonialiter et legittime coronatos ipsumque patruelem nostrum jam possidere et dudum possedisse fortiorem partem civitatum et districtuum regni prefati ipsumque omnibus fere regibus et principibus imperii sanguine junctum esse, quorum assistentia regnum illud restaurari hostibusque et infidelibus fortius resisti poterit, quam hucusque dissensione durante, proh dolor, factum sit aut rebus sic stantibus fieri possit. hec omnia sapientie atque benignitati vestre sanctitatis recommittimus, ut ea, meritis progenitorum suorum in dei ecclesiam et contra hostes fidei multipliciter impensorum ac plenissima

Digitized by Google

justitia sua, qua plenior esse non posset, consideratis, sic dirigantur, quemadmodum saluti totius Christianitatis et regni prefati eadem vestra sanctitas cognoverit expedire. in eo vestra *sanctitas* prefato patrueli nostro faciet gratiam singularem, quam nos et sui consanguinei una secum erga eandem *vestram* sanctitatem et sedem apostolicam volumus jugiter et devotissime promereri. datum.

Fridericus.

XCVI.*

K. Friedrich an das Kardinalskollegium; [Wien, Anfang Februar 1445].[a] Bittet, dahin wirken zu wollen, daß das erbetene Schreiben des Papstes möglichst rasch an den Reichstag nach Pest gelange.

Aus clm. 12725, Bl. 164.

Sacro collegio reverendissimorum in Christo patrum sancte Romane ecclesie cardinalium.

Reverendissimi in Christo patres, amici carissimi. cognito noviter, quod dolenter referimus, lamentabili casu carissimi fratris nostri Polonie regis et Christiani exercitus, quam deflere non cessamus, multi magnates atque communitates regni Hungarie se ad obedientiam serenissimi principis Ladislai, regis Hungarie heredisque Boemie etc., disponunt ad nosque miserunt. sed indigeret res illa etiam directione et promotione serenissimi domini nostri, summi pontificis, cujus in regno illo non mediocris existit reverentia. scribimus ergo sanctitati sue juxta copiam presentibus interclusam, rogantes vestras *reverendissimas paternitates*, quatenus apud suam sanctitatem instare velitis, ut eadem litteras suas apostolicas efficaces et gratiosas super hac re per suum velocem cavallarium illi congregationi, que propinqua est, dignetur transmittere vel saltem huic nostro nuntio reddere, qui eas nobis quantocius afferet. reputatior tamen esset apostolicus missus. per hoc enim sine fallo providebitur paci et tranquillitati illius regni. nos quoque cum prefato patruele nostro et ceteris consanguineis suis hoc curabimus erga sacrum vestrum cetum singularibus semper benivolentiis promereri. datum.

---

* *Vgl. den vorangehenden Brief.*

Digitized by Google

XCVII.*

Kaspar Schlick an den Palatin Laurens von Hedervàry; Wien, 12. Februar 1445. Persönliches. Über Pankras von Szt. Miklos; K. Wladislaw sei bestimmt tot, der Palatin möge nach Kräften für K. Ladislaus eintreten.

Aus clm. 12725, Bl. 122 mit der Bemerkung im Index: Epistola Gasparis ad comitem palatinum Hungarie de sospitate sui corporis ac conthoralis sue.

Dominus cancellarius Slik ad comitem palatinum.

Littera vestra, mihi novissime reddita, continet, qualiter a pluribus temporibus vestram dilectionem omiserim avisare, quasi memoria vestra a mente mea exciderit, et nichilominus eadem dilectio vestra mihi significat de corporea vestra sanitate, in qua persistitis et podagram committitis dispositioni divine, hortando ut dilectionem vestram etiam de statu meo et sanitate ac de occurrentibus velim avisatum facere etc. que omnia, prout vestre caritatis officium exigit et vestra antiquata in me et quasi medullata affectio postulat, grato percepi animo. sed non persuadeat sibi dilectio vestra, quod memoriam vestram aliqua procella aut rubiginis aut oblivionis ex corde meo abraserit. fixus enim est amor meus in vos et erit semper propter benivolentiam vestram in me et debitum meum erga dilectionem vestram et revera non effluxit animus, quod vestre dilectioni trinas meas misi litteras. si reddite non sunt, non procedit hoc mea culpa sed nuntiorum desidia, et ideo vestra dilectio me excusatum habebit. quantum autem ad statum vestre incolumitatis revera consolatus multum remaneo vos sane vivere. deus illam vobis adaugeat, uti opto, et si podagram aliquando evadere non potestis, patientiam gerite, quia deus illam aliquando permittit ad corrigenda peccata hominis in hac nostra miserie valle, ut in futuro seculo purior ad eternam vitam feratur et a tormentis majoribus liberetur. sed tamen podagram patientes longioris semper solent esse vite quam alii. itaque, magnifice domine, detis gloriam deo, cujus divina pietas, si in uno vos correxit, in rebus tamen innumerabilibus exaltavit. ego vero deo volente sanus sum corpore et una cum illustri domina ducissa, conjuge mea, incolumes vivimus, habemusque dono dei duas pulcras femellas et unum masculum vivos, unus noviter

Digitized by Google

mortuus est. deo sint laudes, qui dat et auffert, dum sibi placitum est. in rebus quoque secundis feliciter prosperamur, non obstat nobis nisi guerra. Pangratius enim ille, qui civitatem meam Zakoltscha occupat, jam quasi in toto desertavit possessiones meas et tamen ego in hoc turbine steti semper quietus, nulli partium aliquod penitus damnum inferendo. deus concedat tranquilitatem votivam alias cambire me opportebit pro aliquibus possessionibus in Austria, cum tamen libentius Hungarus remanerem. tangitur etiam in littera vestra, quomodo spes habeatur de vita domini regis Polonie etc. magnifice domine, vellem quod talis inanis spes non seduceret vos et alios, sed quod cogitaretis in tempore de salute et pace regni. habet enim majestas imperialis nedum de Hungaria sed de Grecia ac de Venetiis res certas de obitu illius regis. utinam in Polonia remansisset et viveret. deus novit, quod omnes adolescentie sue compatimur, sed judicia dei abyssus, multe et investigabiles vie ejus, quis enim cognovit sensum domini? etc. scitis, domine comes, quod multis retroactis temporibus per regnum Polonie magna insolentia facta est in Christianitate, primo contra Prutenos, tandem etiam foverunt Bohemos, tunc rebellantes cesari Sigismundo, similiter fecerunt regi Alberto et nunc pauperculo orphano, regi Ladislao. per ipsorum insolentiam profecto destructa est Bohemia, Slesia vastataque Hungaria contra omnem equitatem et rationem. sed deus, qui lento passu ad vindictam procedit, tarditatem supplicii gravitate compensat. ecce quomodo nunc transivit gloria sua et jam in regno etiam Polonie tot sunt diversitates, divisiones et odia, quod non solum regem, sed reges habituros credantur et forte ipsi talia sustinebunt, qualia aliis inflixerunt. et re vera non tantum inculpandus fuit rex Polonie, qui non tantum aliena quesivit, quantum per alios quesitus est. sed utcunque sit, non est mirum, si aliquando fit transgressio, dummodo redeatur ad viam rectam et justitiam, ad quod vos, domine comes, tanquam magnus et precipuus vir regni, optime cooperari potestis esseque dux et auriga negotii, ut regnicole dimissis hujusmodi extraneis opinionibus amplexentur suum regem et verum heredem, cujus avus, pater et ipsem et sacra corona regni sunt solenniter coronati, similiter et mater, que una cum filio, rege Ladislao. in Hungaria nati sunt. menti sumite, precor, mi domine comes, illas dignitates et honores, quos divus cesar noster in vos contulit, quanto fervore vos

Digitized by Google

dilexit, quantum confidit, ut vos quasi regni consortem reputaret. recogitate regis Alberti benivolentias et ea, que iste heres vobis, fratribus et heredibus vestris facere poterit, et pre omnibus pre oculis habete justitiam, quam si amplectimini, uti non diffido, osculabitur vos pax et crescet generatio vestra in gentem magnam. et quid ultra sequetur certe, reconciliatio divisorum inter se in regno et fraterna unio, extirpatio latronum alienigenarum, qui regnum illud misere devastant, negociatio mutua mercatorum et restauratio omnium reddituum regni. addo etiam, quod per asistentiam regum et principum orbis, qui majori parte sanguine juncti sunt inclito regi Ladislao, fortius resisti poterit Turcorum insultibus, quam per vias prius temptatas. adjungite regnum Bohemie, quod se jam sue serenitati presto subdit, prout in brevi felicia nova audietis. attendite hujus infantis decoram speciem, subtilissimam indolem, moris gravitatem, miram audaciam et membra composita, ita ut nec pulcritudo Absolonis nec forma Paridis sibi equiparari possint, cujus formositas profecto nedum regno, sed summo digna esset imperio. scio, si illum coram intueremini, quod non possetis restringere lacrimas, sed profugatis quibuscunque meroribus intime gauderetis et in ulnas vestras reciperetis, quoniam vere illum cesarem Sigismundum, benefactorem vestrum, tanquam vivum inspiceretis. sed, quia nimium me extendo, vestre dilectioni tedium possem afferre, ideo postpositis omnibus innocentem et sanctum istum puerulum vobis intime recommendo, rogans, ut mihi supratactas invectivas velitis ad bonam partem interpretari, quoniam ex sincero corde procedunt et sub ingenti fiducia. non est enim aliquis homo in regno, ad quem me tantum aperirem, sed facit hoc amor et observantia vetuste amicitie nostre. feci ergo ideo litteram prolixiorem, quia scripta vestra me de oblivione redarguunt, ut tres vel quatuor missivas, quas successive misi, si presentate non sunt, unius istius epistole mee contextu compensem. rogo, ut me crebro de sanitate et prospero vestro statu avisare velitis pro consolatione mea. itidem me facturum offerro et, si que pro vobis facere debeo, mihi precipite. ex Vienna, die 12. februarii *1445*.

Digitized by Google

XCVIII.

K. Friedrich an Philipp, Herzog von Burgund; [Wien, ca. 22. Februar 1445].[a] Hofft, daß er sich dem Bunde der Schweizer nicht anschließen werde.

Aus clm. 12725, Bl. 172 (gedruckt bei Chmel: Materialien I, 166).*

Duci Burgundie.

Illustris princeps, consanguinee carissime.

Ad notitiam nostram nonnullorum relatione deductum est, qualiter illi de liga Swicensi, hostes nostri, ac eorum complices multa attemptent apud dilectionem tuam, qualiter eandem sibi associare et contra nos et nostros attrahere possint.[1] de quo satis admiramur, cum tamen illi clare sciant, eandem tuam dilectionem nobis et sacro imperio taliter conjunctam multis respectibus, quod eos pudere deberet, tuam dilectionem temptare, cujus fides erga imperium et nos illesa est et esse debet. et quamvis de integritate et devotione tua erga nos nullam diffidentiam penitus habeamus scimusque, te minime condescensurum illis, qui inhonesta a te postulant seu querere possunt,[2] tamen noluimus tue dilectioni, cui afficimur, non scribere ea, que nobis occurrunt, adhortantes eandem affectu, quo possumus ampliori, quatenus prefatis hostibus nostris, si eos ad tuam dilectionem in rebus prefatis venire contingeret, nedum non exaudias, sed neque audias et potius nostre majestati ac illustri Alberto, duci Austrie, Stirie etc., principi et germano nostro carissimo, assistas et auxilium tuum conferas, prout in tua dilectione summe confidimus et in simili vel majori rependere disponimus animo generoso. scit enim tua dilectio, quantum tua nobilitas per eosdem de liga hucusque nedum oppressa, sed illis ex finibus exulata est. ita quidem[3] nobilis et alta prosapia tua merito illis dissentire eosque spernere debet, qui nobilitatem semper spreverunt et odiunt. datum Vienne etc.

Gaspar etc.[4]

---

[1] *cod.* possent. — [2] *cod.* possent. — [3] *Chmel* quod. — [4] *Ort und Unterschrift fehlen im clm.*

[a] *Der Brief erscheint bei Chmel als Beilage zu einem Schreiben des K. Friedrich an Herzog Albrecht vom 22. Februar 1445.*

Digitized by Google

XCIX.

K. Friedrich an den Bischof von Münster, Heinrich von Mörs; Wien, 3. Juni 1445. Macht ihm Vorwürfe, daß Steinhof[a] die gewünschte Stelle beim Kapitel in Münster nicht erhalten habe und verlangt, daß der Bischof seiner Weisung entsprechend handle.

Aus cod. Chigi J VI, 208, Bl. 205 mit des Eneas Bemerkung: dimitte *(gedruckt bei Cugnoni Nr. XXXVII).*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, venerabili episcopo Monasteriensi principi, devoto nostro dilecto, gratiam regiam et omne bonum.

Venerabilis princeps, devote dilecte. porreximus alias primarias nostras preces ad capitulum ecclesie tue pro honorabili Johanne Steynhoff, cancellarie nostre notario fideli dilecto, teque super hujusmodi preces executorem constituimus, sperantes tam tua sollicitudine quam dicti capituli prompta voluntate preces nostras ad effectum deduci. postmodum vero percepimus, licet facultas se obtulerit, hujusmodi nostris precibus satisfaciendi, capitulum tamen predictum, aliis promotis, Johannem prefatum, pro quo scripseramus, postergasse, de qua re non parum mirati sumus. non enim tam parvifieri rogatus nostros putavissemus. credebamus exinde, te juxta mandatum nostrum prefatum capitulum movere debuisse et ad executionem tibi commissam processisse, quod esse per te neglectum non libenter audimus. utcunque sit, iterum atque iterum te hortamur tibique mandamus, ut juxta litterarum nostrarum, tibi directarum, tenorem procedere velis ac capitulum prefatum ad satisfaciendum per viam oportunam compellere, nobis exinde complacentiam sicut speramus exhibiturus. datum Wyenne, die 3. mensis junii 1445.

C.*

[Kaspar Schlick an den Banus von Slavonien, Matthaeus Thallóczi und den Palatin von Ungarn, Laurenz de Hedervàry; Wien, Sommer 1445]. Bittet, den Worten des Überbringers Glauben zu schenken und von der guten Absicht des Königs überzeugt zu sein.

Aus clm. 12725, Bl. 118 und cod. Lobkowitz 462, Bl. 28v hier mit der Überschrift: Instauratio dilectionis et notitie cum credentia et quadam adhortatione virtutis.

---

[a] *Vgl. Nr. XI.*

Digitized by Google

Magnifici domini, fratres et amici carissimi.

Quanta inter nos retroactis temporibus caritas et affectio viguerit, nichil necesse[1] est in presentiarum referre, quia et vos optime meministis et ego nunquam obliviscar. itaque non repetam nunc, qua vobiscum, domine bane, grata semper conversatione sim usus, nec quomodo vobis, domine E.[2] propter affinitatis conjugum nostrarum vinculum, quo sumus astricti, consilia mea semper communicaverim. hoc tamen dixerim, me eundem esse erga vos, qui semper fui, vestrumque statum, honorem et exaltationem quasi mei ipsius optare. ea de causa sciens, nunc spectabilem et insignem militem, dominum G.[a] amantissimum vestrum, harum latorem ad vos proficisci, non potui aliqua sibi non committere vestris magnificentiis referenda, que statum[3] et decus vestrum concernunt. velitis igitur sibi in dicendis meo nomine fidem prebere, quoniam omnia litteris committi non possunt. vos fuistis semper ut sapientissimi ita etiam justi et optimi viri reputati. hoc nomen[4] et hanc famam ut servetis, supervacuum est vos cohortari, qui semper plus honori quam utilitati studuistis. ego tantum illud scribere et suadere vobis audeo, ut de domino nostro, Romanorum rege, cujus majestas vobis scribit, plenam fiduciam suscipiatis, quia et fidem et gratiam in eo et patruele suo rege Ladislao tantam invenietis, quantam ipsi optaveritis, neque unquam vos penitebit ejus serenitati[5] fuisse morigeros. datum.[6]

CI.*

K. Friedrich an Thomas Stephan, König von Bosnien; [Wien, Sommer 1445].[b] Begrüßt ihn als König und hofft, die Feindseligkeiten zwischen ihm und dem Grafen von Cilli ausgleichen zu können.

Aus clm. 12725, Bl. 171 mit der Notis im Index: Romanorum rex regi Bozne.

Illustri principi Thome Stefano, regi Bozne, fratri nostro carissimo, salutem et fraterne dilectionis augmentum.

---

[1] *Lobkowitz (L.)* necessarie. — [2] *L.* R. — [3] *L.* status. — [4] *L.* vero, *clm.* nomine. — [5] *L.* serenitatis. — [6] *Fehlt L.*

[a] *Georg Sweinpekh.* — [b] *Eugen IV. bestätigt am 29. Mai 1445 den Thomas Stephan als König von Bosnien (Theiner, Monumenta I, 388, Nr. DLV); ungefähr um dieselbe Zeit wird das Schreiben Friedrichs abgefaßt sein.*

Digitized by Google

Honorabiles, religiosos tue fraternitatis nuntios, cum litteris credentialibus per hos dies ad nostram presentiam venientes, et coram nobis sermonem habentes, tuo intuitu libenter audivimus. ex his nanque intelleximus, post obitum beate memorie Steffani, regis quondam Bozne, regium fastigium in tuam fraternitatem devenisse teque per proceres, barones et alios regnicolas juxta voluntatem et desiderium ultimum prefati Steffani in regem esse assumtum. retuleruntque nos iidem nuntii, fraternitatem tuam non parum affectum erga nos gerere magnasque tui ex parte nos oblationes fecerunt, pro quibus fraternitati tue pleno corde regratiamur, offerentes vice versa quidquid per nos ad honoris et status tui conservationem fieri potest, congratulamurque plurimum de tua ad predictum regnum sublimatione, sperantes, quod propter singularem tuam prestantiam et virtutes precipuas, quibus ex alto dotatus es, regnum ipsum bene gubernabitur et felicioribus dietim prosperabitur augmentis. nec existimamus in presentiarum opus esse, per nos aliquem mitti ad partes illas, qui de conditionibus patrie et tuo statu informatus nobis relationem efficiat, prout idem nuntii postularunt. nanque, cum tua fraternitas regnum illud in se susceperit, nichil ambigimus, quin illic omnia et juste fiant et prospere procedant. solum fraternitatem tuam hortamur, ut te ipsum et tuas virtutes imiteris, cum enim, sicut accepimus, virtus tua generis claritatem sequatur, nichil est, quod monitione indigeas, qui pro tua singulari prudentia et te et subditos tuos optime gubernaturus existimaris. quia vero idem nuntii tui de illustri principe comite Cilie, fideli nostro dilecto, mentionem fecerunt, eundem favere tuis emulis nuntiantes, parati sumus juxta petitionem nuntiorum tuorum, partes nostras interponere et omni conatu niti, ut inter tuam fraternitatem et dictum comitem bona vicinitas et mutuus amor reintegretur, sperantes, eundem comitem in hac parte nobis complaciturum esse, ad quam rem, quam primum occasio se prebuerit, operam dabimus et sane juxta possibilitatem nostram omnia faciemus libenti animo et voluntario corde, que ad regni tui prosperitatem et pacem ac honoris augmentum tui pertinere noscimus.

CII.*

Kaspar Schlick an den Kardinal Giovanni di Tagliacozzo; Wien, 25. August 1445. Dankt ihm für seine Bemühungen in der An-

Digitized by Google

gelegenheit seines Bruders; über den Zug des Königs gegen Güns und die Verhandlungen mit den Ungarn wegen der Anerkennung des Königs Ladislaus.

Aus clm. 12725, Bl. 127.*

Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Jo*hanni*, sacrosancte Romane ecclesie cardinali Tarentino, domino meo colendissimo.

Reverendissime in Christo pater et domine mi singularissime post recommendationem. deberem *vestre reverendissime paternitati* magnas referre grates, quod in rebus germani mei, episcopi Fr*isingensis*, nullum studium nullamque curam omisistis, sed quasi facta essent vestra, sic illa promovistis. ego tamen non is sum, qui verbis velim regratiari, at si mea opera meaque industria, quamvis minima est, p*aternitati vestre reverendissime* in aliquo utilis esset, ibi toto conatu invigilarem nec omitterem aliquid ex his, que fieri per me possent. vestrum itaque est mihi mandare, si casus se offert, ut vel vestre *reverendissime paternitati* vel vestris amicis atque servitoribus queam proficere, quia me semper invenietis promptum et affectum. de novitatibus harum partium opus esset aliquid scribere, ut etiam apud vos res iste scirentur, sed usque in hanc diem ita pendent, ut quod certi scribi possit nichil sit. solum hoc queo dicere, majestatem regiam tenuisse per hos dies castra in Hungaria ac latrunculos plures domuisse, qui Austriam rapinis atque spoliis infestabant, ex quorum manibus nonnulla opida et arces undecim potenter extraxit, qua re cognita Hungari, quia antea regem Ladislaum in dieta Pestiensi denuo sibi delegerant et variis fictionibus de vita regis Polonie decepti quiescebant nec nuntios mittebant ad regiam majestatem, ut ordinatum erat, jam timentes, ne majestas regia interius procederet contra regnum, diversas practicas inchoarunt et deinde oratores solennes miserunt ad regem. et sunt hic in Vienna in numero quadringenti, cum quibus jam plurimis diebus tractatum sed nichil adhuc conclusum est, quoniam ipsi vellent regem Ladislaum sibi tradi ad novam coronationem, in Alba regali faciendam, quod majestati cesaree nondum visum est faciendum ex multis causis. quidquid sequetur scribam per alios sequentes nuntios, quoniam magister Henricus Senfftleben, lator presentium, non poterat amplius expectare. is quoque poterit alia, que hic dicuntur agunturque, vestre *reveren-*

Digitized by Google

dissime paternitati reserare et maxime de factis ecclesie, de quibus nichil scribo, quoniam adhuc est hic *reverendissimus* pater dominus *Johannes* Carvajal, cui non est responsum datum. de rebus germani mei nichil scribo, quia scio, *reverendissimam vestram paternitatem* non indigere persuasionibus. ego ad mandata vestra sum paratus, dignetur vestra *reverendissima paternitas* me pedibus sanctissimi domini nostri efficere recomissum, cui libenter servio serviamque vita comite et si mei labores non sint, ut vellem, sue *beatitudini* et apostolice sedi utiles. datum Vienne 25. die augusti 1445.

CIII.*

[K. Friedrich an einen ungarischen Magnaten; Wien, Herbst 1445?]. Er könne ihm im Augenblicke keine Hilfe senden, wolle aber bei der nächsten Beratung mit den Ungarn tun, was möglich sei.

Aus clm. 12725, Bl. 167.

Recepimus litteras vestras, quibus servitia vestra, *que* tam clare memorie Sigismundo imperatori et Alberto, Romanorum regi, antecessoribus nostris, ac regine Elizabeth quam serenissimo principi Ladislao, Hungarie, Bohemie etc. regi, patrueli nostro carissimo, prestitistis, seriosius enarratis, de quibus nil ambigentes gratias vestre probitati referimus, sperantes, quod idem in posterum facietis, fidelitatem vestram de bono in melius continuando, sicut vos decet et naturalis devotio postulat. quantum vero ad subsidia, que postulatis, non possumus in presentiarum, prout vellemus, desideriis vestris satisfacere. sed habituri sumus in proximo certos tractatus super factis regni Hungarie. tunc, si quid poterimus pro vobis efficere, libenter vestri memores esse volumus. datum.

CIV.*

K. Friedrich an den Herzog Philipp von Burgund; [Wien, Herbst 1445?]. Bedauert, die Reichsacht über die Niederländer nicht aufheben zu können, wenn diese sich nicht mit ihren Gegnern verständigen.

Aus clm. 12725, Bl. 191v; im Index dazu die Bemerkung: Duci Burgundie, qui petiit, banum contra subditos suos Hollandie, Zelandie et Frisie a cesare Sigismundo obtentum cassare.

Digitized by Google

Duci Burgundie.

Illustris princeps, consanguinee carissime.

Reddita est nobis per nuntium tuum, harum exhibitorem, tue dilectionis littera, que satis ample disserit privilegia et libertates terrarum Hollandie, Zelandie et Frisie, que a predecessoribus nostris et sacro Romano imperio obtinuerunt et habent, contra que, ut asserit tua dilectio, Adam de Zil, Ludovicus et Petrus, sui consocii, ipsos vexent marcantiasque et negotia eorum per imperium nostrum impediant et ideo adhortaris, ut bannum, quod ipsi contra memoratas terras tue dilectionis pretendunt et a clare memorie cesare Sigismundo, predecessore nostro, obtinuerunt, cassare et levare dignemur subditisque illarum partium[1] libertatem negotiandi concedere, ut hactenus est observatum. offert etiam tua dilectio illis consociis justitie complementum, si illud coram eadem aut suis officiatis requirere velint, quem ad modum eadem tue dilectionis littera ampliori verborum contextu declarat. nos autem, carissime consanguinee, tue dilectioni breviter respondere habemus, quamvis semper dispositi essemus, tibi tuisque conplacere, ubi saltem equitas tolleraret. Holandrini enim etc., uti edocemur, tempore Sigismundi cesaris per querulantes prefatos atque consocios coram imperiali tribunali tracti fuerunt in causam, sed non comparentes neque privilegia sua producentes, uti fieri solet, sed contumaciter se absentantes penas banni et superbanni inciderunt juxta stilum et morem imperii. qui si cum privilegiis suis tanquam citati comparuissent libertatesque docuissent, potiti fuissent privilegio remissionis, quo alii principatus imperii in simili casu solent gaudere, et dum eis super illo tandem ad instantiam ipsorum et aliorum multorum fuissent date indutie comparendi et sua privilegia producendi, adhuc comparere contumaciter neglexerunt, ob quam rem bannum illud ac suprabannum venerunt in rem judicatam, quorum effectus est, ut tales inobedientes imperio et tot sententias et aggravationes temere sustinentes, persecutiones corporis et rerum patiantur. nos istum processum non fecimus, quia multis jam annis transactis ventilatus est, sed ipsum prosequi ex debito nostre regie dignitatis compellimus nec eos usque quaque possemus absolvere, nisi querulantibus et suis consociis debita esset impensa satisfactio. ita vult jus atque consuetudo imperii, nec

[1] *Hs.* patriarum.

Digitized by Google

etiam illis consociis jus quesitum tollere fas est. optaremus eos esse reconciliatos imperio, et quidquid tue dilectioni ipsis quoque in hoc complacere possemus, salva justitia, grato animo faceremus. alias nobis non licet infringere aut variare jura imperii, que ubique sub ejus jurisdictione taliter observantur. si autem ipsi Holandrini etc. banniti et eorum consocii se cum adversariis suis composuerint et ipsos contentos reddiderint, prout civitas nostra Coloniensis* aliquamdiu cum ipsis Hollandrinis, uti accepimus, pro eorum absolutione laboravit, parati sumus, tue dilectionis intuitu quamvis nimis in contumacia sua sorduerint ipsis absolutionem impendere ipsosque pristine libertati per imperium sacrum restituere, dummodo etiam gratiam nostram et imperii prout moris et juris est, cum satisfactione consueta invenire mereantur. quidquid enim tue dilectioni ac subditis tuis complacentie et favoris possemus impendere, non prejudicando predecessoribus nostris et sacro imperio, grato et bono animo faceremus, persuadentes tue dilectioni, quatenus eos etiam inducere velis, ut deposito tali contemptu ac parvipensione imperii, quos tanto tempore peregerunt in suum proprium dedecus atque damnum, se amodo recognoscant et imperio sacro, cujus subditi sunt, una cum suis principibus debitam reverentiam impendant et ejus gratiam exquirant. hoc non solum ipsis sed etiam tue dilectioni cedet ad honorem, commodum et profectum. datum.

CV.*

K. Friedrich an Herzog Ludwig von Savoyen; Wien, 18. Dezember 1445. Weist die Gründe Ludwigs, die ihn zum Bundesgenossen der Schweizer machten, zurück und macht ihn auf die Folgen seines Vorgehens aufmerksam.

Aus clm. 12725, Bl. 179.*

Fridericus, dei gratia Romanorum rex, illustri principi Lodovico, Sabaudie duci, consanguineo nostro carissimo.

---

* *Die Erwähnung Kölns als Vermittlerin in der holländischen Angelegenheit bietet den einzigen Anhaltspunkt zur Datierung des kgl. Schreibens. Eneas hatte in seinem Briefe an Vrunt vom 1. Juni 1445 (Nr. 172) von der Erfolglosigkeit seiner Bemühungen in dieser Hinsicht gesprochen; das obige Schreiben fällt also geraume Zeit später.*

Digitized by Google

Cum Svicenses dudum ac Bernenses et alii plerique confederati contra nostram et imperii sacri civitatem Thuricensem bellum suscepissent nosque, ut par erat rationique consonum, justam fidelium nostrorum tueri causam decrevissemus, extemplo dilectioni tue per nostras litteras significavimus, Svicenses ipsos eorumque socios et presertim Bernenses te quasi eorum confederatum, ut eorum parti faveres ac eorum conatus quamvis injustos, iniquos atque nepharios adjuvares, esse requisituros. quare, cum tibi clareque tue domui singulariter essemus affecti tuumque comodum et honorem intueri vellemus, hortati te fuimus teque magnopere requisivimus, ne vel petitionibus illorum annueres vel eorum studia sequereris, qui contra sacrum imperium temeritatis cornua erexissent, tibique plurimum suadere conati sumus, ne cum Svicensium eorumque complicum rebellione concurreres, quod certe tui potissimum causa fecimus. nec enim libenter audiebamus, te ducem illustrem, cujus majores pluribus ante seculis et nobiles et clari sunt habiti, cum illa vulgari, plebea, infima et obscura Svicensium gente conjunctum, ex ejus more contra majestatem imperii se tollendo infidelitatis ac fellonie notam incurrere. cum enim tui antecessores ex Romanorum principum liberalitate ac benificentia, quia virtute pollebant, pluribus dignitatum titulis ac fascibus ornati fuerint, quis non indignum, iniquum, absurdum et abhominabile conspicit esse, cui subjectionem debeas et gratitudinem, illi rebellionem et damnum prestare? commonuimus igitur te, ne talia perpetrares, ne vel ingratum vel infidelem te ostenderes, usique sumus magna benignitate, priusquam errorem committeres, ne quid in hac re delinqueres, instruendo. sed tua dilectio, nescimus quo usa consilio, equidem minus bono tueque dignitati minus salubri, spretis monitionibus nostris atque mandatis, Svicensium potius adherere furori, quam sacro imperio, domino suo, voluit obedire. secuta nanque illorum exemplum diffidato* illustri principe, Alberto Austrie etc. duce,

---

* *Das Schreiben folgt hier aus clm. 12725, Bl. 177 (auch im Cod. Voran Bl. 203 und clm. 215, Bl. 54*):*

Diffidationis littera Alberto, duci Austrie, a duce Lodovico Sabaudie missa.

Lodovicus, dux Sabaudie, Chablaysii et Auguste, sacri Romani imperii princeps vicariusque perpetuus, marchio in Italia, comes Pedemontium et Gebenensis Valentinensisque et Dienensis ac Nicie et Vercellarum dominus, illustri principi, consanguineo nostro carissimo, domino

Digitized by Google

germano nostro carissimo, quem ad partes Suevie pro civitatis Thuricensis antedicte nec non dominiorum nostrorum, que sunt illic, defensione transmiseramus, arma contra nos et imperium accepit. cunque postmodum Albertus ipse tibi scribens[a] pluri-

---

Alberto Austrie et cetera duci, honoris ac dilectionis accrementum cum omni desiderio possibili pacis amenitate perfruendi.

Cum ex litteris patentibus honorabilium amicorum et confederatorum nostrorum carissimorum, sculteti, consulatus et burgensium ville Bernensis, hodie nobis exhibitis, maxima cum instantia fuerimus requisiti, ut, cum ipsi confederati nostri ob intuitu requisitionis ex parte honorabilium amicorum nostrorum carissimorum, magistri civium et consulatus civitatis Basiliensis, suorum eciam confederatorum pridem sibi facte, gentes suas bellicosas in eorum auxilium et subsidium ad castrum Rinfeldense devastandum tanquam sibi justis precedentibus rationibus et de causis suspectum et damnosum destinaverint, nos equidem, vigore laudabilium confederacionum inter illustres progenitores nostros dudum et postremo nos ac ipsos Bernenses initarum et firmatarum, vos Thuricenses et alios complices vestros, qui cum maxima armigerorum congerie in eos insurgere satagitis, diffidare ac eisdem confederatis vestris gentibus armigeris et bellicosis nostris subsidium et auxilium prestare velimus. et licet nobis plurimum gratissimum foret et jocundum, vos cum prefatis confederatis nostris carissimis pacis et tranquillitatis amenitate, que a deo procedit, congaudere posse et quam jugiter intervenire desideravimus, attamen, postquam res hujusmodi sic se habet, non possemus cum honore et debito nostris requisitioni prefatorum nostrorum confederatorum Bernensium obviare, immo verius cum dei omnipotentis ac beati Mauricii protomartyris auxilio et directione, quorum presagium invocamus, dispositi sumus, eisdem confederatis nostris juxta ipsarum formam confederationum subvenire subsidiumque et auxilium cum armigeris nostris adversus vos predictosque complices et sequaces vestros prestare, in cujus testimonium rei has litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas et in cancellaria nostra ad perpetuam memoriam registratas duximus concedendas, de quarum exhibicione trompete nostro, earum latore, plena dabitur fides. datas Gebennis, die 10. septembris 1445.

Per dominum presentibus dominis P. Marchiandi cancellario
Johanne domino Bariacti
marescallo Sabaudie etc.

[a] *Das Schreiben Albrechts, jedenfalls aus den letzten Tagen des Septembers 1445, ist zwar schon, aus einer neuen Abschrift im Staatsarchiv zu Turin, veröffentlicht (Anzeiger f. schweizerische Geschichte IV, 333—335); ich wiederhole es aber trotzdem um des Zusammenhanges willen, aus clm. 12725, Bl. 177ᵉ; es findet sich auch in den anderen oben genannten Hss.*

Albertus, dei gratia dux Austrie etc., illustri principi, domino Lodovico, duci Sabaudie etc. exhibite sunt nobis pridem die 15. mensis presentis per quendam trompetam littere publice sub nomine et sigillo

Digitized by Google

mum se mirari dixisset, quod adversus Austrie domum et imperium sacrum copias tuas mitteres, pluribus verbis, sicut ex

---

vestris signate, quarum tenorem vehementi quadam admiratione comprehendimus in se continentem, quod cum per confederatos vestros, scultetum et burgenses opidi Bernensis cum instantia requisiti fueritis, ut cum ipsi previa requisicione civium Basiliensium in auxilium eorundem pro devastando castro Rinfeldensi tanquam justis precedentibus causis sibi suspecto et damnoso gentes suas destinaverint, vos occasione confederacionis cum dictis Bernensibus contracte nos egregiamque communitatem Thuricensem et nostros adherentes diffidando, eisdem vestris confederatis subsidium auxiliumque prestare juxta formam confederacionum vestrarum dispositi sitis. verum, si recte pensamus seriem litterarum, dulces in eloquio, pacis amenitatem nobis optantes, postremo gerendi adversus nos belli perferunt nuncium, que res, et in se contraria, a nobis minime est presumta. nam si quid vobis indicendi belli contra nos legitima superfuisset causa, decuisset utique vos veluti insignem principem hujus inprimis exposcere satisfactiones. sed neque dubitamus, vos ignorare, quam frivole quamque temerarie neque ulla subsistente justa causa Bernenses ipsi ac reliqui de liga Svicensium confederati adversum nos et inclitam domum Austrie comunitatemque Thuricensem assumserint arma, immo verius contra ipsum sacrum Romanum imperium, cui neque obedientiam prestant neque judicio justo se subicere curant. cognovistis ista in pluribus dietis, inter nos celebratis, quibus vestrimet oratores et nuntii presentes viderunt sepenumero, nos non aliud nisi puram et eam expetere justiciam, que cuiquam peregrino minime deneganda foret personamque vestram inter alios pro competenti et equo judice nominatam. et cum sacri Romani imperii princeps ac serenissimi et invictissimi principis, domini Friderici Romanorum regis, domini et germani nostri gloriosissimi, vasallus et homoligius sitis, condecuit merito, ut idem dominus ac superior vester in quibuscunque confederacionibus exceptus haberetur, cum sit hec causa sua ut nostra. preterea dicitis, vestris colligatis juxta formam confederacionum vestrarum assistenciam prestare velle, sed nescimus cujusmodi hec sit forma. non autem eam putamus, ut vigore ejus liceat alicui injustum movere bellum tam notoria subsistente oblacione justicie aut contra suum superiorem aliquando consenda foret iniquissima. quod cum ita sit minime arbitramur vos in vestris perseveraturum adversus nos diffidacionibus neque id vobis ascribi velle quasi iniqui sitis belli adjutor, cujus et causas supra enumeravimus multoque plures adduci possent. atque non parum attendere oportet, nos ad has partes Alamanie superiores non solum in subsidium dominiorum nostrorum sed ad tocius status nobilitatis conservacionem declinasse. id enim jam fere omnibus mundi principibus notum est, quam injuriose nobilium status in his partibus per confederatos Svicensium suppressus sit dietimque supplantetur, essemusque nos a principibus tanquam nobilitatis defensoribus, favoribus et assistencia in causa tam justa et pia merito prosequendi. ex qua re minime presumimus, huic vos velle

Digitized by Google

copia tuarum litterarum[a] nobis transmissa didicimus, conatus es excusatum te reddere. sed difficile est, que operando sunt

---

subicere note, ut una cum vulgo indomito nobilium status proclamemini oppressor. non cadit igitur in mentem nostram his, que premisimus, attentis, vos ita perseveraturum, ut hostes nobilitatis reputari debeatis. nec id alia nobis replicataque vice notum fiat. nam si in hac vestra perseverare nitemini intencione, cogeremur utique, quamvis inviti, apud omnes Christianitatis principes hujus rei afferre querelas, quod contra sacrum imperium vestrumque superiorem, contras fas injustum conaremini movere bellum veterisque et diuturne amicicie federis domorum nostrarum ab re fore fractorem, super quibus vestrum expetimus responsum. datum.

[a] *Auch dieser Brief findet sich im clm. 12725, Bl. 178, und in den anderen Hss.:*

Ludovicus, dux Sabaudie etc., illustri principi, domino Alberto, duci Austrie etc.

Etsi superioribus litteris nostris satis integre atque plene vobis animum nostrum aperuerimus sentenciamque, a qua minime resilimus, tamen nostram novis litteris atque argumentis voluistis et investigare et increpare intencionem, unde, ne videamur argumenta vestra et raciones acceptare atque fateri, breviter respondebimus. et, ut colligere possumus, quatuor precipuis racionibus nos ab inceptis divertere conamini. primo siquidem arguitis atque obicitis, nos arma sumere adversus imperii decus, cui reverenciam debemus et obsequium, cui racioni respondere niteremur, si facti notorietas non dissuaderet. clare etenim unicuique constat, quod, si in hoc bello publica arma indicta sint, insignia cesaris deferuntur. secundo persuadebatis equumque erat, si, quod describit, ita se haberet, quod non debebamus adversus vos bellum gerere atque Thuricenses, nisi prius causam describeremus denegacionemque satisfaccionis. sed si bene percipitis nos non sumsimus arma studio adversum vos sed ut nostros confederatos et amicos tueamur, quos non putamus neque credimus velle iniquum captare bellum. pacem semper amavimus, pacis auctores fuimus. si nos mediatorem eligere voluistis ad hanc differenciam sedandam, onus magnum humeris nostris apposuissetis, quod profecto non recusavissemus pro re tam pia tamque laudabili fecissemusque, quod et dignum principem decet et insignem ducem. tamen ubi ad hoc ventum est pro amicis vices interponimus, pro confederatis pugnamus, pacem tuemur, bellum gerimus, pacta servamus, conventiones non infringimus. quid enim turpius, quid indecencius integro viro ascribi potest, quid denique fedius quam fidei violacio, quo fit, ut fides omnibus servanda sit. sit vulgus, sit senatus, sit majestas imperii, ubi nulla excepcio a jure interponitur, extimamus unicuique fidem servari debere additis et tercio, nobis ad magnum dedecus ascribi posse, si viros patricios egregiasque personas votis adversis prosequamur. profecto, dum hec mente revolvimus, id pro triumpho nobis esse titulisque accedere nostris censemus, si eos, quos et mutua fides et beneficia utrinque data astrictis

Digitized by Google

mala, dicendo bona ostendi. etenim, ut tibi respondeamus, quamvis et prefatum nostrum germanum vel jam tibi respon-

---

singulari benivolencia atque affeccione conjunctos fecere quosve in rebus nostris fortissimos propugnatores insignesque atlethas reperimus, tueamur, quo fit, ut et etas, que nunc est, non tacebit populusque futurus hanc rem commendabit. quid enim probabilius, quid viro claro dignius, quid est denique, quod magis in principibus polleat, quam maturo consilio inita atque digesta federa observare pignusque fidei non violare neque oppressores seu nobilitatis offensores erimus, quemadmodum nos vocatis, si confederatorum nostrorum jura causamque tueamur. nam si genus nostrum inspicitis, quantis titulis fulgeat, si procerum catervam, in quibus septi sumus, si clarissimos viros, quos patria nostra genuit quorumque proles nobis deseruit, cernitis, certe hanc notam nobis ascribere non debetis. nobilitas siquidem est animi clara virtus, hec est, que homines superis equat, hec est, que viros humili loco natos, quorum genus in seculo pressum erat, ad alta devexit. si jura nature revolvitis, si vetera commentaria, si jus gentium, si codices publicos, non reperietis aliquos absque virtute dominia fuisse partos gloriam atque a vulgo separacionem. reges non faciunt opes, non favor populi attonitus, non generosa domus, sed inclita virtus, rursus fedos atque sordidos homines, quos propria virtus non comitatur, quamvis claris fulserint parentibus, factis atque obscenis gestis viluisse atque insorduisse claraque facinora majorum suorum obfuscasse. quis enim arbitretur, eversores sacrarum edium, quos sacrilegos appellamus, agrorum depopulatores, corruptores morum, virginum violatores, rei publice et humane nature insidiatores, latrones publicos atque famosos talibusque sordibus plenos, animi virtutem habere aut dignos fore laude seu nobilitatis prerogativa insignitos? certe nemo. unde hos integerrimos confederatos nostros, quos indomitum vulgus appellatis, non talibus similes esse dicimus neque sentimus, sed probitatis et veritatis amicos atque patronos. multa siquidem documenta ad hanc rem probandam adduceremus, nisi putaremus longius sermonem nostrum protrahere quam instituimus. paucis tamen agemus, ex quibus intelligere poteritis, quid prestet hominibus virtus. nam et morales dicunt, illum eminere inter illustres viros eumque ad astra ferri, quem gesta fortia, virtus excellens claraque facinora decorant. et ut breviter concludamus, nobilitatem colimus et virtutem. ultimo vos querelas apud principes deponere affirmatis, si in hoc proposito perseverare intendimus nostramque opinionem denigrare. dicimus, quamquam ex superioribus luculenter responderimus, non gerere arma adversus cesaris majestatem neque belli iniqui esse fautores, si que talibus injuriis nos laniare studebitis, non ignavi erimus ad nostre injurie propulsacionem, quando talia principibus insinuarentur, per que honor noster in aliqua parte ledi videretur. expectatis denique, ut respondeamus. respondemus, nolle a prima sententia declinare, cum id facere non possemus fidei interpositione et honore salvis. hec est igitur et responsio nostra et veritas nec volumus omnia dicta vestra accumulare sed succincte arbitramur omnibus respon-

Digitized by Google

disse vel e vestigio responsurum esse non ambigamus, quid est, quod ais in primis in eo bello, cui te minus prudenter immiscuisti, non esse publica arma indicta nec nostra et imperii sacri deferri insignia? quid sibi hec verba pretendunt, quorsum hec? ignorantiam facti vis allegare, quasi nescires, bellum, quod Svicenses agunt, contra imperium esse. sed nimis ampla est, nimis crassa, nimis supina et inexcusabilis ignoratio. nec enim te latet, civitatem Thuricensem, cujus causa bellum cepit, imperio subditam peculiaremque fore, nec ignorabas, nos illi tanquam Romanorum regem, patronum, protectorem et dominum consiliis et auxiliis assistere, ne quid preter justiciam pateretur adversi. quod si nichil horum intercessisset, satis te instruxisse, movisse ac decrevisse littere nostre debuerant, quibus te requisivimus, ne Svicensibus contra Thuricenses contraque domum Austrie mitteres auxilia, prenuntiantes tibi periculum, quod de fellione atque infidelitatis nota incurrere poteras. sed videamus, quonam pacto alia confutes. scribebat tibi germanus noster, equum fuisse, te, antequam bellum susciperes. causam aliquam significasse, in qua tibi vel tuis subditis fuisset injuriatum satisfactionemque postulasse, qua denegata non poteras magnopere reprehendi, bellum gessurus. ad hoc dicis, non te contra domum Austrie vel imperium arma sumsisse, sed confederatos tuos et amicos tueri, qui tibi sepe in necessitatibus subvenerunt, quos non putas neque credis iniquum bellum captare. ex his ostendis, nullam te causam contra domum Austrie, cur eam impugnes, habere, sed propter confederatos et amicos arma recepisse. placet nobis confessio tua, verum est enim, nullum tibi ex domo Austrie damnum esse illatum, propter quod suos debeas subditos infestare. verum, sicut absque causa principalis in bello esse non debes, sic nec injuste preliantibus danda sunt auxilia, quamvis amici sint aut confederati. ut enim morales philosophi theologique precipiunt, nulla est excusacio, si amici causa peccaveris, nulla quoque si federis intuitu servandi erra-

---

disse, in quorum premissorum testimonium has litteras sigilli nostri munimine roboratas duximus in cancellaria nostra registrari. datum Gebennis die 7. octobris 1445.

Per dominum presentibus dominis Lancelloto de Lusignario patriarcha Jerosolime Petro Marchiandi etc.

Digitized by Google

veris. non enim amicitia neque fedus ullum super malo fundari potest, sed conspiratio commiratio damnataque factio est, cum aliqui ita conveniunt, ut contra quascunque personas, sive causa justa sit sive injusta, unionem habeant seque invicem tueantur. cum ergo te pro confederatis pugnare, pacem tueri, bellum gerere, pacta servare convencionesque non infringere dicis ac sic constans fidei date observator videri cupis, cave, ne perfidie potius defensor appareas, dum his te jungis, qui sine causa bellum injustissimum agunt. non enim cum subditi contra superiores arma sumunt, sed cum contra eos homines agitur, qui ad parendum nati sunt, quales constat esse Svicenses, nec volunt parere, natura justum est bellum. sed ais insuper, te non credere neque putare confederatos tuos injuste bellare. non parvam negligentiam hic ostendis, cum te duci opinione incaute dicis. non enim te scire justum bellum sed putare sollummodo refers. fuerat certe in tali causa diligens inquisitio facienda, cum hic tuus status tuusque honor in dubium veniat nec ad solam opinionem justitie contra imperium contraque domum Austrie fuerat procedendum. ceterum confederati tui nedum justitiam non habent sed nec ullum justitie colorem, plurimumque miramur, ea te duci opinione, ut justum putes, quod ipsi faciunt. cum enim Svicenses Austrie dominium propria temeritate abjecerint multisque jam temporibus suis naturalibus dominis rebellaverint, cum in eo bello, quod contra Thuricenses moverunt, nec nostro judicio regali nec principum nostrorum, electorum sacri imperii, determinatione nec alicujus civitatis imperialis arbitrio se unquam submittere voluerint, cum nos, qui sumus eorum domini, non solum propter ducatum Austrie aliaque dominia nostra sed etiam propter imperium, nobis ex alto commissum, multis nobis injuriati sint idque tibi manifestissimum sit, quonam modo fieri potest, ut eorum causam justam existimes teque propterea contra inclitam Austrie domum sacrumque imperium bellis immisceas? quod de arbitrio tibi committendo recenses, si antea dixisses quam pugnam contra nos recepisses, tuam fortasse petitionem admissemus. tanta est enim justitia, quam defendimus, tam clara, tam manifesta, ut nullius equi bonique principis, qualem te putabamus, judicium formidemus. sed cum jam te partialem ostenderis neque consultum esset nobis aut germano nostro nec utile tuam sententiam expectare, qui pluris fecisti opinionem justitie, quam de tuis confederatis te

Digitized by Google

dicis habere, quam vinculum, quo sacro imperio es astrictus, et reverentiam, quam nobis teneris impendere, nec illam exceptionem considerasti, quam scis in omnibus pactis, conventionibus ac federibus tacitam esse, ne quod superioribus prejudicium generetur. post hec, cum germanus noster antedictus te monuisset, ne rusticos et infimos homines adversus nobilitatem tuereris neve illis assisteres, dixisti te tuamque domum pluribus nobilitatis fulgere titulis atque fascibus, quod nos minime negamus. sed hec ornamenta tua, que progenitoribus tuis et tibi ex beneficentia sacri imperii obtigerunt, timendum est, ne amittas, dum contra illum eriguntur, a quo provenerunt, nec tecum dissentimus, dum inquis, nobilitatem esse claram animi virtutem, cujus ea vis est, ut homines humili natos loco in altum provehat insignesque reddat. verum est enim, ut philosophi tradunt, servum et liberum, nobilem et ignobilem nulla re magis quam virtute vitioque cognosci. verum ubi hanc nobilitatem apud tuos confederatos asseris inveniri, non solum tuam sententiam non probamus, sed efficacibus reprehendimus rationibus. quomodo enim fieri potest, ut nobiles generosique sint, qui nati rure, viam agrestem ducentes, interim a se virtutem exulare coegerunt, ut nullo judicio nullique justitie velint esse subjecti, qui, quamquam sint pauperes nec scientia nec prudentia polleant, in tantum tamen superbie se tradiderunt, ut vicinos omnes conculcare sibique subicere velint equumque putent, et laicos et sacerdotes suis arbitriis subjacere. quod si ambitiosi, si duri homines, intractabiles rebelles, humani sanguinis effusores, vicini oppressores, superioribus inobedientes nobiles dici debent, fatemur, et nos tuos confederatos esse dicique debere nobiles teque pro nobilibus adversus ignobiles prelium suscepisse. sed vera nobilitas est revereri majores, obedire superioribus, contentari suis terminis, cum finitimis pacem habere, jus suum unicuique tribuere ac plus aliis quam sibi de se ipso credere. quod utrum faciant tui confederati extimationi tue relinquimus. dicis demum in calce tuarum litterarum, te cum tuis amicis ac confederatis perseveraturum esse hancque fore tuam finalem sententiam, a qua nec velis nec intendas quovismodo discedere. quod si germanus noster antedictus coram principibus de te querimoniam habuerit, credis te posse faciliter respondere. nempe secus eveniet quam arbitreris, nec enim excusari unquam poteris, quin contra imperium arma moveris, et quin sine causa inclitam

Digitized by Google

Austrie domum perturbaveris et maxime, cum antea nostris litteris monitus fueris, quibus magis quam Svicensium vel minis vel precibus aut Pernensium federibus moveri debeas. verum quia dicis, te perseveraturum in sententia, scias et nos quoque in eo proposito permansuros, ut et justitiam domus nostre Austrie et honorem imperii et decus et majestatem tam contra te quam alios injuste se nobis dicteque domui opponentes per viam juris et ut alias opus fuerit tueamur. tu postea videris, an tibi tuisque posteris et heredibus bene consulueris, imperium oppugnando, a quo dominia, nobilitatem, splendorem et dignitatem per tuorum progenitorum medium suscepisti. datum Vienne, die 18. decembris 1445.

CVI.*

K. Friedrich an den Dogen von Venedig, Francesco Foscari.[1] *Ersucht ihn, veranlassen zu wollen, daß seine Bürger, die durch venezianische Untertanen geschädigt wurden, zu ihrem Rechte kommen.*

Aus clm. 12725, Bl. 166.*

Exposuerunt nobis fideles dilecti nostri A. B. C. cives N., quod alias quidam *Perinus* de C., qui per unam dietam a civitate Januensi in castro G. residet, societatem eorum pluribus mercantiis, rebus et bonis et presertim una balla cum quinquaginta libris ad pondus Januense fili aurei, de puro et optimo auro filati, ad ipsos exponentes pertinente, per violentiam et absque ullo justitie colore spoliavit et, licet postea idem per tam tuas quam per dicte societatis litteras requisitus ad restitutionem extiterit, semper tamen obaudivit. rursus quoque asseruerunt idem exponentes, quendam J. de F. civem sive habitatorem Mediolanensem eisdem in certa summa pecuniarum jam dudum obligatum fuisse et esse, sicut per legitima documenta constat, seque nunquam, licet sepe petierint, suum debitum recuperare valuisse ideoque ad nos pro remedio recurrerunt oportuno. nos autem animadvertentes, quod tua dilectio semper utroque potest optime providere, cum tam *Perinus* quam Jo. predicti tui sint subditi, dilectionem eandem hortamur et pro justitie debito attente requirimus, ut *Perinum* prefatum per tuas efficaces litteras et

[1] *Der Adressat ergibt sich aus Nr. CVII.*

Digitized by Google

stricta mandata ad satisfactionem dicte balle et bonorum subreptorum hujusmodi, aut si ea distracta vel impignorata fuerint, ad reddendam summam inde receptam inducas, Jo. vero ad solutionem debiti eisdem exponentibus celeriter faciendam et absque litium aufractibus compelli facias. quibus in rebus nobis tanto magis complacebis, quanto litteras nostras apud tuam dilectionem semper efficatiores viderimus extitisse. datum.

CVII.*

K. Friedrich an den Dogen von Venedig, Francesco Foscari.[1] *Ermahnt ihn, zweien seiner Bürger, die von einem Untertanen Venedigs beraubt wurden, wieder zu ihrem Gute zu verhelfen, da er ihnen sonst auf anderem Wege ihr Recht verschaffen müßte.*

Aus clm. 12725, Bl. 174.

Romanorum rex duci Venetiarum.

Scripsimus tibi estate preterita teque hortati fuimus, ut fideli d*ilecto* n*ostro* Joh*anni* et Ja. civibus n. quandam ballam cum quinquaginta libris ponderis Januensis, fili aurei, de puro et optimo auro filati, nec non plures alias merces, res et bona, quibus ipsi et eorum societas per quendam Perinum de N., in castro N. per unam dietam a civitate *Januensi* distanti residentem, fuerant per vim et absque ullo justitie colore spoliati, restitui, aut si bona ipsa distracta aut impignorata forent, summam inde receptam reddi faceres, cum dictus Perinus subditus tuus esse dinosceretur. postea vero intelleximus, dilectionem tuam pluribus Gallicis et aliis mercatoribus condignam satisfactionem impendi procurasse, eos vero, pro quibus scripsimus, neglectos fuisse. de qua re satis miramur, cum sperassemus, eos, quos tibi commendamus, pre ceteris cordi fuisse tue dilectioni. quibus ex causis rursus decrevimus dilectionem tuam commonefacere teque hortari, ut prefatis Jo*hanni* et Ja. eorumque societati juxta modum premissum sua bona restitui mandes atque procures. alioquin, cum simus unicuique in administranda justitia debitores, necessarium erit, predictorum civium indempnitati per viam juris et imperialium consuetudinum provideri.

---

[1] *Vgl. Nr. CV.*

Digitized by Google

CVIII.*

K. Friedrich an? Fordert ihn auf, seine Untergebenen zur Schadloshaltung an seinen Diener Georg zu veranlassen, da er diesem sonst eine anderweitige Verfolgung seines Rechtes nicht verweigern könne.

Aus clm. 12725, Bl. 166 (A) und Bl. 166 (B).*

Exposuit nobis strenuus miles Geor*gius* familiaris noster[1] dilectus, quod cum ipse alias quendam Sak[2] jure belli in P.[3] cepisset ac captivum detineret, Augustus concivis tuus pro liberatione ejusdem S*ak*[4] instetit seque, ut ipse relaxaretur, dicto Georgio in florenis noningentis Hungaricis obligavit, ex quibus, prefato S*ak*[5] relaxato, ducentos[6] solummodo ipsi Georgio postea persolvit. reliquum usque in hanc diem solvere minime voluit, quamquam idem Georgius sinceritate tue ac Venetiarum dominio sepius scripserit et supplicaverit, ut Augustus[7] prefatus ad satisfaciendum sibi mediante justitia cogeretur, que omnia, ut ipse Georgius[8] asserit, pro nichilo reputata fuerunt. ideoque nobis supplicabat,[9] ut sibi in ejus justitia opitulari et oportune providere dignaremur, petens summis precibus, ut sibi liberas preberemus habenas adversus tuos subditos insurgendi. nos autem, etsi sciamus propter negatam justitiam multa licere, sinceritatem tuam[10] nichilominus per antea duximus requirendam et harum serie facimus pro debito justitie requisitam, quatenus prefatum Augustum[11] ad observantiam suorum prommissorum compellere velis dictoque Georgio plenam satisfactionem impendere, alioquin, prout juris fuerit, Georgium[12] ipsum ad persecutionem[13] sui debiti per vias sibi comodiores non admittere non potuerimus.[14]

CIX.*

K. Friedrich an? Droht, dem Franciscus von S. Repressalien zu gewähren, falls der Adressat diesem nicht Genugtuung leiste.

Aus clm. 12725, Bl. 165.*

---

[1] *B.* noster fidelis. — [2] *A.* S. — [3] in P. *fehlt B.* — [4] *B.* Ungari. — [5] *B.* Ungaro. — [6] *B.* ducentos ducatos. — [7] *B.* A. — [8] *B.* G. — [9] *B.* supplicavit. — [10] *Fehlt B.* — [11] *B.* A. — [12] *B.* G. — [13] *B.* prosecutionem. — [14] *B.* poterimus.

Digitized by Google

Recolimus, vobis pridem satis seriose scripsisse atque mandasse, quatenus fideli nostro dilecto Francisco de S. juxta sententias in judicio nostro per ipsum obtentas satisfactionem plenariam impendere deberetis, quod tamen, sicuti accepimus, hucusque facere non curastis. nobisque hoc alienum videtur, ob quam rem magnificus Udalricus etc. nobis supplicavit, quatenus prefato Francisco litteras repressaliarum nostrarum super arrestatione personarum et bonorum vestrorum, prout juris esset, impartiri dignaremur. et quamvis stilus judiciorum nostrorum id requirit sicque potuissemus facere, tamen vobiscum mitius agere volentes, quemadmodum semper gratiose vobiscum fecimus, illas repressalias adhuc differendas censuimus, vestras fidelitates denuo seriosissime et iterum requirentes, quatenus prefato Francisco satisfacere et adhuc judicatis parere velitis et debeatis, quemadmodum de vobis confidimus. in casu vero, quo hujusmodi satisfactionem sibi iterum non impenderetis, in contemptum judiciorum nostrorum et suum damnum, extunc interpellati denuo per ipsum *Franciscum* sibi amplius hujusmodi repressalias denegare non possemus sed cogeremur, illas juxta morem hactenus observatum sibi annuere atque dare, quamvis inviti. vellemus tamen, quod et nostram majestatem et vos ipsos de talibus difficultatibus supportaretis. datum.

CX.*

K. Friedrich an? Mahnt ihn an seine Versprechungen, um deren Erfüllung er ersucht.

Aus clm. 12725, Bl. 167.

Nota sunt tibi ea negotia, que superioris temporibus cum venerabili *Alexandro* patriarcha Aquilegiensi, duce Mazovie etc., avunculo nostro carissimo, habuisti nec te latet, quot et quanta sibi promiseris. nos certe illud scimus, quod palpavimus cum S. propter bellum, quod te hortante gessit cum Venetis, gravia damna et innumerabilia pene incommoda fore perpessum, licet omnia contra tuam intentionem acciderint. utcunque est, tam ipse quam etiam ecclesia sua N. magnam lesionem tulerunt. quo circa non ab re putavimus esse, si tibi eundem P. recommendemus. est enim res digna et justissima, ut unicuique promissa serventur, nedum amicis et benefactoribus, qualis idem P. erga te

Digitized by Google

fuit et est, sed hostibus atque latronibus. hortamur igitur tuam dilectionem et quoad possumus affectuose rogamus, immo et pro tuo honore requirimus, quatenus avunculo nostro prefato servare velis, que promisisti, et ita te erga ipsum habere, prout littere tue decantant aut saltem aliter ipsum reddere contentum. in qua re nobis plurimum complacebis, qui de his lesionibus atque damnis non mediocriter dolemus, et ipsi occasiones aufferes de tua fide tuisque promissionibus conquerendi, quodque non parvi facere debes, spem optimam his, qui te amant tuasque partes secuntur, omnibus exhibebis. datum.

CXI.*

K. Friedrich an eine Stadtgemeinde; Datum? Befiehlt, für den schwachsinnigen Bürger N. einen Kurator aufzustellen.

Aus clm. 12725, Bl. 174.

Pro curatore dando, qui mentis vitio laborat.

Divina disponente clementia Romane rei publice presidentes ad id nos intendere recognoscimus obligatos, ut unicuique jus suum communi utilitate servata reddatur. quod cum attentius revolvimus, non minus pauperis quam divitis aut impotentis quam potentis consulere oportunitatibus nos debere putamus. imo et si aliqui extra mentem positi sint, jura eorum non esse negligenda censemus, sed juxta veterum consuetudinem curatoribus datis statui et indempnitati eorum salubriter providere. hinc est, quod nos audita querela, quam dilectus noster N., opidanus vester, coram nobis sepe proposuit, contra nonnullos tam comites quam barones, qui eum bonis suis spoliarunt et ipsum carceribus aliquandiu mancipatum detinuerunt, animadvertentes, quod ipse mentis vitio laborat et ad extremam fere dementiam pervenit, nolentesque propterea ipsum in suis juribus fraudari, sed tanto sibi magis assistere, quanto magis aliis noscitur auxiliis destitutus, confidentes de vestra legalitate eum ad communitatem vestram remittimus vobisque illum commendamus, mandantes vobis, ut aliquem ex vestris coopidanis, virum fidelem et probum, sibi in curatorem detis auctoritate nostra, qui ejus jura respiciat et diligenter animadvertat ac nomine suo justitiam coram quibuscunque judicibus competentibus petat et prosequatur cum potestate plenaria curatoribus mentecaptorum dari solita. nos

Digitized by Google

enim intuitu dei atque justitie, quotiens erimus per procuratorem idoneum dicti N., quem vos dederitis, requisiti nullatenus negligemus justitie complementum ministrare, vos autem velitis eidem curatori in his, in quibus dicto N. tenemini rationem integram facere et ita disponere, ne conscientie vestre apud deum graventur vel apud nos habeant incusari. datum.

CXII.*

K. Friedrich an die Stadt Pordenone? Fordert sie auf, das bewegliche Gut eines Grafen, der sich vor langer Zeit dorthin begeben, ihm oder seinem Vertreter zu übergeben.

Aus clm. 12725, Bl. 174v.

De justitia administranda et bona non arrestare.

Dudum, cum spectabilis etc. noster et imperii sacri *fidelis dilectus propter suam* erga ipsum imperium fidelitatem ex domo sua et paternis dominiis expulsus esset, ad opidum nostrum Portusnaonis tanquam tutissimum locum et dicto imperio devotum, vivente adhuc clare memorie genitore nostro, cum quibusdam rebus suis mobilibus se transtulit, que res adhuc ibidem esse dicuntur. quare, cum idem comes res prefatas secum recipere velit vobis mandamus, quatenus iis, qui illas habent, nomine nostro precipiatis, ut ad requisitionem dicti comitis eas dimittant sibique vel suo procuratori assignent et si aliqui pretenderent, comitem ipsum sibi obligatum esse ac propterea bona hujusmodi arrestare vellent, nullatenus permittatis, sed quoscunque querulantes ad nostram curiam remittatis, quia unicuique plenum faciemus justitie complementum ministrari. nos enim volumus, quod idem comes, sicut liber cum rebus suis ad dictum opidum venit, ita liber cum eisdem possit exire. datum.

CXIII.*

K. Friedrich an ein Kloster. Ermahnt es, den Bruder Jakob, der das Kloster verlassen, jetzt aber reumütig zurückkehrt, gütig aufzunehmen.

Aus clm. 12725, Bl. 168v.

Quanta sit cura studendum, ut religiosi, qui monasteriis derelictis vagantur in seculo, ad monasticam vitam receptamque

Digitized by Google

semel quamvis postergatam regulam revertantur, pastor eternus admonet, qui relictis nonaginta novem ovibus in deserto, unam, que aberraverat, prosecutus, gavisus est gaudio magno valde, postquam illam invenit, quam humeris imponens propriis ad gregem reduxit. hoc ipsum facere patres abbates et monacorum prepositos decet, si omnium regularum institutorem et confirmatorem dominum volunt imitari eterneque vite premia consequi, pro quibus adipiscendis mundo *et* pompis ejus renuntiarunt, quales vos esse nequaquam ambigimus. eam ob causam cum vestro in monasterio per quedam tempora fuerit dilectus noster, frater *Jacobus* harum portator, et postea lenitate sua exigente per vos licentiatus diu per mundum apostatarum more vagatus fuerit, in anime sue prejudicium et malum exemplum aliorum, qui nunc de suis excessibus intunc dolens ad cor reversus ad vos redire desiderat et in monasterio vestro prefato, quoad vixerit, altissimo famulari, devotiones vestras hortamur in domino, ut more pii patris familias, qui mortem peccatoris non querit, sed ut convertatur et vivat, prefatum *Jacobum* ad vos redeuntem benigne suscipiatis, pietatis intuitu et consideratione nostra ipsum more conversorum benigne et humaniter tractantes, ut et ipse vestram expertus veniam, suam animam lucrifaciat et vos per hec alia, que dietim auctore domino bona opera facitis, retributionem eternam consequamini. datum.

CXIV.*

K. Friedrich an einen Kirchenfürsten. Empfiehlt ihm den Protonotar Wilhelm Tacs.[1]

Aus clm. 12725, Bl. 167.*

Quam multis in rebus honorabili fideli dilecto nostro *Guilelmo* dietim utamur, ex illo potest vestra reverendissima p*aternitas* cognoscere, quod eum jam pluribus annis in nostra cancellaria protonotarium et secretarium habuimus, ipsum semper in nostris negotiis et fideliorem et diligentiorem invenientes. que res jure exigunt, ut eundem non solum apud nos commendatum retineamus sed aliis etiam, cum opus fuerit, efficaciter commendemus et presertim p*aternitati* vestre reverendissime, apud quam re-

[1] *Vgl. hiezu Nr. CXV.*

Digitized by Google

commendationes nostras semper locum et exauditionem habere prospeximus. cum igitur contingere possit, quod idem *Guilelmus*[1] aliqua negotia in sacro concilio tractare habeat, vel alii tractaturi sint ipsum concernentia, *paternitatem vestram* reverendissimam hortamur et[2] rogamus[3] attente, ut in omnibus hujusmodi causis, quas in dicto concilio agitari contingat et maxime, si de prepositura ecclesie sancti J. etc. aliquid ageretur, eundem *Guilelmum*, cui ordinaria auctoritate de illa provisum est, nostro intuitu sic recomissum habeatis, ut et ipse litteras nostras sibi proficuas fuisse cognoscat et nos, prout consuevimus, petitionibus nostris apud paternitatem vestram *reverendissimam* talem aditum patuisse intelligamus, qualem de vestra erga nos voluntate confidimus.

CXV.*

Kaspar Schlick an einen Kirchenfürsten. Empfiehlt ihm den Protonotar Wilhelm Tacz.

Aus clm. 12725, Bl. 167 und Lobkowitz 462, Bl. 54.*

Promovetur quidam cum causa sua quam in concilio habebat et uni episcopo committitur adjuvandus.[3]

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime, post recommendationem.

Fuit nuper venerabili viro domino *Guilelmo*, canonico Frisingensi,[4] regio protonotario mihi tanquam fratri amantissimo, de prepositura ecclesie *sancti* J., tunc per liberam resignationem possessoris vacante,[5] ordinaria auctoritate provisum. verum, quia, ut accepi, nonnulli ipsum dominum *Wilhelmum*[6] in sacro concilio circa[7] hoc perturbare procurant, *reverendissimam paternitatem vestram*, ut ipsius *Guilelmi* causam cordi habeat, non ferens ipsum molestari, tanto efficacius oro et deprecor, quanto

---

[1] *Hs.* W. — [2] *Am Rande eingefügt.* — [3] *Nur in Lobk.* — [4] *Unter den Kanzleibeamten dieser Jahre finde ich nur einen einzigen, der Freisinger Kanonikus war, Wilhelm Tacz, der als solcher unter anderem die Urkunde Friedrichs unterzeichnet, mit der dieser die Dichterkrönung des Eneas bestätigt (Chmel, Reg. I, S. XXIX); auf seinen Vornamen allein paßt auch die Schwankung in der Abkürzung des Namens, der bald mit* G., *bald mit* W. *angedeutet ist. Kod. Lobkowitz hat statt* canonico Frisingensi — cancellario. — [5] *Lobk.* vacuam. — [6] *Lobk.* W. — [7] *Lobk.* esse.

Digitized by Google

ipsum magis[1] diligo atque amo. existimabo enim *paternitatem vestram reverendissimam* omnia in mea persona fecisse, quicquid pro eodem fecerit[2] et nichilominus in re hac regie majestati, que etiam pro ipso scribit, magnopere complacebit. velit ergo *paternitas vestra reverendissima* in omnibus rebus eundem *Wilhelmum*[3] concernentibus taliter operari, quod et ipse sub vestra protectione molestias omnes evadat et regia majestas in servitore suo et ego in speciali amico et fratre[4] vestram benignitatem experti tanto magis obligemur, quanto magis votive fuerimus auditi. datum.

CXVI.*

Kaspar Schlick an Friedrich von Emmerberg, Erzbischof von Salzburg. Empfiehlt den Jakob Widerle[a] seiner Gunst.

Aus clm. 12725, Bl. 56 mit der Bemerkung im Index: Item [epistola] promotoria ad archiepiscopum Salczburgensem pro Jacobo Widerl.

Reverendissime in Christo pater et domine generose.

Porrexit alias majestas domini nostri regis primarias preces suas ad capitulum ecclesie vestre N. pro venerabili viro *Jacobo* regalis cancellarie notario, postmodum vero executorias earundem precum litteras vestre *reverendissime paternitati* comisit, locutus etiam pro parte ipsius domini regis cum vestra *paternitate reverendissima* fuit *reverendus* in Christo pater episcopus Chimensis, regius consiliarius. quibus ex rebus satis arbitror hoc negotium vobis cordi esse, cum exinde conplacentiam fieri non modicam regie serenitati sciatis. quia tamen et ego ipsius Jacobi servitiis utor complurimis eumque juxta suorum exigentiam meritorum diligo, non ab re censeo, si et ego pro eodem scribam ipsumque vestre reverendissime *paternitati* commendem. oro igitur atque obsecro, ut meo quoque intuitu eidem *Jacobo* vestras velitis impartiri favores omninoque facere, ut ipse regiarum precum consequatur effectum. nam et regie majestati plurimum complacebitis et me quamquam vester sum obligatiorem vobis reddetis.

---

[1] *Lobk.* magistrum. — [2] *clm.* feceritis. — [3] *Lobk.* ejusdem G. — [4] *Lobk.* fratri.

[a] *Vgl. Reg. Nr. 1870 vom 18. Oktober 1444, worin K. Friedrich bestätigt, daß Jakob Widerle, Registrator der kgl. Kanzlei, auch öffentlicher Notar sei.*

Digitized by Google

CXVII.*

Kaspar Schlick[1] *an einen Fürsten. Dankt für ein Geschenk und übersendet als Gegengeschenk drei Falken.*

Aus clm. 12725, Bl. 136.*

Illustrissime princeps et excellentissime domine post recommendationem.

Suscepi nuper munera vestra, equos atque falcones, ex quibus magnopere letatus sum non solum propter eorum prestantiam, sed etiam quod ex tanto principe tantoque meo domino veniebant. in tantum enim vestre *illustri* dominationi sum affectus, ut pro singulari gratia reputem ab eadem amari et in servitorum haberi numero. sed vestra ingens benignitas post amorem, quem mihi ostendit, etiam munera mittit, pro quibus non quas deberem sed quas possum refero grates. voluissem ali quid apud me fuisse spectatu dignum, cum quo vestram *illustrem* dominationem potuissem visitare. sed nichil est in presentiarum, quod merito excellentie vestre sit destinandum preter tres austures, animo et volatu nobiles, quos per latorem presentium sublimitati vestre transmitto. si plures conquirere potuissem, plures misissem. sed habui tantum istos, in quibus velit sublimitas vestra non rei pretium, quod est quam minimum, sed mittendi affectum, qui est maximus animadvertere meque ut facit amare et uti pro suo, qui ad omnia vestra beneplacita et mandata tam promptus inveniar quam voluntarius nec in voluntate obsequendi me quisquam superabit. datum.

CXVIII.

Michael von Pfullendorf an seine Brüder Adrian und Thadäus. Macht ihnen wegen ihres langen Schweigens Vorwürfe und bittet sie, ihm zu schreiben.

Aus clm. 12725, Bl. 53 und Chigi J VI, 208, Bl. 152; nach Chigi J VIII, 287, Bl. 69, gedruckt bei Cugnoni Nr. II.*

Michael de Phullendorf[2] *salutem plurimam dicit* Adriano et Thadeo fratribus religiosis.

---

[1] *Index:* Dominus Gaspar pro munere referens grates. — [2] *Ch. J VI, 208, hatte ursprünglich* Antonius Picholominus, *das, wie clm. beweist, gewiß nicht ursprünglich war; E II hat den Fehler korrigiert und setzt am Rande ein:* Michael Fullendorfius.

Digitized by Google

Venerabiles religiosi, fratres mei amantissimi. nunquam adeo putavi vos veros monachos, sicut jam experior. monachus enim mortuus mundo esse debet. vos non solum mortui sed sepulti estis. namque si super terram essetis, aliquod nuntium ex vobis susciperem. cum vero[1] nichil de vobis audiam, nec aliquas[2] hucusque ad me litteras dederitis quam unas, quid aliud dicam, nisi[3] vos, veros monachos, mundo et rebus ejus mortuos? nescio tamen, an hoc religio vestra depostulet an hoc regula mandet vestra, ut nichil unquam alicui scribatis, ne fratri quidem. perdura certe regula est, si ita precipit, ne dicam inhumana. mihi tamen non fit verisimile. Basilius enim religiosissimus abbas sepe ad suos scripsisse legitur, tum nepotes tum affines. Jeronimus, cum[4] in heremo degeret, tunc maxime facundissimas scripsit epistolas, nec monachorum aliquis scribere contempsit, nisi qui litterarum fuit ignarus. sed vos forsitan superare omnes sanctimonia vultis summamque religionem in taciturnitate putatis esse. o ferrei homines, quomodo arbitramini divinum in vobis amorem fervere, si humano caretis? gradus quidam et[5] scale sunt in amore. scire oportet, quomodo fratres, quomodo parentes, quomodo amicos diligere fas sit. exinde amor dei supremus est, quasi omnium amorum perfectio. sed ad illam non pervenitur, nisi per istos. jubet enim ipse deus, ut parentes proximosque diligamus. at quomodo proximum diligatis, si fratrem oblivisci vultis, qui primum obtinet proximitatis gradum. oblivio simul et amor stare non possunt. nescio, quis hanc superstitionem invenit, ut carnem nostram odio habeamus, quod nec Christus fecit, nec apostolorum aliquis. prohibitum est Samaritanis cohabitare Judeos, nec communio est inter Christum et Belial. fugere Maumetistas et omne genus hereticorum fideles jubentur. at Christianum Christiani consortium fugere nulla lex jubet. ego baptismatis unda sicut et vos sum conspersus. ego eosdem fidei articulos fateor, quos vos tenetis. ego hisdem sacramentis ecclesie sum initiatus, quibus et vos. decem legis precepta curo non minus quam vos custodire, non spe, non fide, non caritate careo. uno ex ventre progressi sumus, unus nos pater servit. cur me tantopere spernitis, ut nec me vestris putetis litteris dignum? videte, ne Pharisei exemplum vobis

---

[1] *Fehlt Ch.* — [2] *Fehlt Ch.* — [3] *Ch.* quam. — [4] *Ch.* dum. — [5] *Ch.* ut.

Digitized by Google

conveniat, qui dicebat: gratias ago tibi,[1] domine, quoniam non sum sicut ceteri peccatores. et tamen dominus ad pauperiorem magis aspexit. videte, ne religio vos inflet, nichil melius est humilitate. hanc si amplexi fueritis, non erit vobis grave, mihi aliquando scribere, dicetisque inter vos sepe: scribamus aliquid Michaheli[2] nostro, qui licet in seculo sit, quid scimus, an illum dei misericordia plus quam nos respexerit, aut si vagus est, parumque[3] operatur, quod in salutem sibi sit? commoneamus eum revocemusque ab errore. hoc est, mi fratres,[4] fratris officium; hoc est opus Christiani; hoc vita monachorum non abhorret. ne, oro, vobis sit ita gravis calamus, ne ita preciosa papirus. scribite mihi aliquando et ostendite, vos mei esse[5] memores, quia, etsi religiosi estis, fratres tamen esse non desinistis. jura enim nature mutari non possunt. ego vos forsitan durius, quam racio exigit, sum allocutus. sed nulla potest epistola mea tam dura esse quam vestra taciturnitas, que inhumanior est Hircanis tigribus. si me vultis benigne scribere, desinite tacere, et saltem acerbe mihi scribite. nulla poterit ex litteris vestris molestior esse silencio, quo mecum utimini. valete.[6]

---

[1] *Ch.* tibi ago. — [2] *Ch. ursprünglich* Antonio, *E II* Michaeli. — [3] *Ch.* et parum. — [4] *Ch.* o fratres mei. — [5] *Ch.* esse mei. — [6] *Ch. hat hier ursprünglich* Ex Vienna, *dem E II hinzufügt* kl. martiis 1443; *da offenbar schon die Vorlage von Ch. hier einen redigierten Text hat, ließ ich den Ort ebenso weg, wie die aus dem Gedächtnis gemachte genaue Zeitbestimmung.*

Digitized by Google

Vergleichstafel

zum

Briefwechsel des Eneas Silvius Piccolomini.

Nürnberger Ausgabe	Basler Ausgabe	Voigt	Wolkan	Nürnberger Ausgabe	Basler Ausgabe	Voigt	Wolkan
1	1	33	45	25	25	63	92
2	2	41	73	26	26	65	94
3	3	42	71	27	27	68	96
4	4	14	37	28	28	8	39
5	5	13	38	29	29	9	41
6	6	15	53	30	30	10	40
7	7	16	87	31	31	26	48
8	8	52	63	32	32	18	55
9	9	17	52	33	33	2	7
10	10	66	72	34	34	1	2
11	11	34	61	35	35	3	3
12	12	43	74	36	36	32	70
13	13	45	76	37	37	19	54
14	14	47	79	38	38	20	60
15	15	48	78	39	39	72	101
16	16	55	82	40	40	73	100
17	17	56	83	41	41	74	102
18	18	39	58	42	42	84	111
19	19	36	65	43	43	90	116
20	20	38	66	44	44	91	117
21	21	58	85	45	45	93	119
22	22	59	88	46	46	92	118
23	23	61	90	47	47	94	121
24	24	62	91	48	48	86	120

Digitized by Google

Nürnberger Ausgabe	Basler Ausgabe	Voigt	Wolkan	Nürnberger Ausgabe	Basler Ausgabe	Voigt	Wolkan
49	49	97	126	84	84	161	195
50	50	98	135	85	85	162	194
51	51	117	150	86	86	164	196
52	52	135	167	87	87	124	157
53	53	11	67	88	88	128	160
54	54	79	108	89	89	140	172
55	55	77	106	90	90	145	178
56	56	80	109	91	91	129	161
57	57	78	107	97	97	125	158
58	58	81	110	98	98	136	168
59	59	85	113	101	101	148	179
60	60	87	112	102	101	21	43
61	61	102	136	103	103	144	171
62	62	106	148	105	105	71	99
63	63	109	141	107	107	89	115
64	64	108	143	108	108	118	151
65	65	107	142	111	111	110	144
66	66	111	145	112	112	120	153
67	67	111	146	113	113	119	152
68	68	114	147	114	114	119	152
69	69	99	130	115	115	123	156
70	70	103	138	116	116	104	133
71	71	104	137	118	118	—	LXXXI
72	72	105	139	122	122	76	104
73	73	100	131	125	125	101	135
74	74	116	149	165	165	—	27
75	75	112	128	166	166	134	166
76	76	113	129	167	—	—	LXXXVI
77	77	143	176	168	—	—	XC
78	78	158	189	169	—	—	LXXXVIII
79	79	159	190	170	167	122	155
80	80	126	191	171	168	88	114
81	81	160	192	172	169	67	95
82	82	165	198	173	170	69	97
83	83	163	193	174	171	95	122

Digitized by Google

Nürnberger Ausgabe	Basler Ausgabe	Voigt	Wolkan	Nürnberger Ausgabe	Basler Ausgabe	Voigt	Wolkan
175	172	96	134	189	—	—	VI
176	73	57	84	190	178	31	51
177	63	109	141	191	179	22	35
179	—	—	V	192	180	25	46
180	174	15	53	193	181	29	50
181	175	54	123	194	—	—	X
182	176	40	57	195	182	30	56
183	—	—	XXXVII	196	183	49	80
184	177	35	62	197	184	64	93
185	—	—	LVI	198	185	46	77
186	—	—	LVII	199	186	23	69
187	—	—	XXVI	200	187	53	127
188	—	—	LVIII	368	354	37	68

Digitized by Google

Register.

A.

Abensberg 589.
Abundavera, abbas 103.
Adam de Molins 156, 157, 172, 324—326, 561, 562.
— de Zil II 169.
Adelmari, Thadeus, medicus 504, 505, 538, 544.
Adrianus papa 209.
— de Pfullendorf II 188—190.
Adrianopolis v. Andrinopolis.
Adriensis episcopus v. Bartholomeus de Roverella.
Adurnus, Raphael 174.
Agmandi, Petrus, episcopus Waciensis (Waitz) 565; II 51, 52.
Agriensis episcopus v. Rozgoni, Simon.
Agrippina v. Colonia.
Aich, Johannes de v. Johannes de Eich.
Alamannia 79, 81, 88, 492, 542, 547, 556; II 68, 110, 146, 173.
Alba regalis (Stuhlweißenburg) 530, 553, 563, 569, 573, 577, 578; II 107; conventus 585.
Albania 282, 283.
Albergati, Nicolaus, de, cardinalis s. crucis († 1443, 6. V.) 21, 41, 58, 173, 219, 294; II 36.
Albericus v. Maletta, Albericus.
Alberti, mercatores Florentini 339.
Albertus, dux Austrie 145, 146, 257, 267, 277, 322, 325, 331, 342, 350, 395, 456, 529, 533, 538, 544, 547, 564; II 61, 100, 130, 141, 142, 152, 163, 171—176; cancellarius: v. Kottrer, Petrus.
Albertus, marchio Brandenburgensis 438, 507, 592.
— rex Romanorum 301, 338, 426, 455, 517, 520, 529, 530, 531, 553, 563, 572; II 8, 39, 114, 133, 154, 156, 158, 161, 162, 168.
— de Bonacossis, Ferrariensis II 71.
— della Sale II 86—89.
Albinganensis episcopus v. Caretto, Matheus.
Albioli, Raymundus, de Cathalonia 103.
Aleman, Ludovicus, cardinalis s. Cecilie, Arelatensis (Arles) 21, 61, 63, 64, 65, 66, 69, 71, 72, 73, 102, 108, 192, 193, 194, 202, 204, 333, 339, 437; II 64, 75, 76, 80, 92.
Alexander, dux Mazovie, cardinalis Aquilegiensis 147, 148, 149, 154, 202, 203, 333, 334, 335, 336, 339; II 9, 80, 182, 183.
— V., papa 106.
Alexandrinus, patriarcha v. Johannes de Vitellensibus.
Aloysius de Verme 173, 175.
Alpes 32, 33, 60, 61, 87, 88, 174, 430.
Alphonsi, Blasius, in decretis baccalarius 176; II 77.
Alphonsus, rex Aragonum 39, 131, 174, 176, 179, 188, 193, 194, 202, 205, 227, 239, 274, 277, 293, 346, 350, 492, 517, 537, 579; II 20, 73, 74, 83, 89, 90, 135; orator: v. Philippus; Polomar, Johannes.

Digitized by Google

Alsatia 86, 260, 435, 436, 437, 497.
Alsatienses 436.
Alzate, Opizinus de v. Opizinus.
Amaral, Ludovicus de, episcopus Visensis (Viseu), 1439 ab Eugenio privatus, v. Ludovicus.
Ambrosius frater v. Traversari, Ambrosius.
Ameria, Amelia 16.
Amidanus, Nicolaus 116, 117, 154, 155, 163—165.
Ananch, Johannes, canonicus Tridentinus 198, 199.
Anasus (Enns) 425.
Anchona 63.
Anderlinus, nuntius 271.
Andree, Johannes 327.
Andreas, baccalaureus de Budweis II 118, 131.
— magister 162.
— ordinis minorum 313, 337.
— de Merano 201.
— de Panigallis 314, 333.
Andrensis urbs 39.
Andrentius, Georgius, Senensis 11, 533.
Andrinopolis (Adrianopolis) 307, 342, 489, 496, 566.
Angeli, Delphinus, de Pergula, episcopus Parmensis 14, 15, 60.
— s. cardinalis v. Cesarini, Julianus de.
Anglia 87, 172, 325; oratores: 19; rex: v. Henricus VI.; v. Britannia.
Anglici 183, 186.
Anthiocenus patriarcha v. Johannes.
Antonius Mediolanensis 306.
— de Massa, ex ordine minorum 560.
Apamiarum episcopus v. Geraldus de Briçoigne.
Appius, Bononius 523.
Apulia 168, 176, 180, 517, 539.
Aquensis episcopus v. Avinio.
Aquila (Aquila degli Abruzzi) II 74.
Aquilegiensis cardinalis v. Alexander dux Mazovie; v. Ludovicus; patriarchatus 333.
Aragonia, oratores regis 19, 62; II 20; rex v. Alphonsus rex.
Arcenboldus, Nicolaus, consiliarius ducis Mediolani 166, 180, 181, 199, 200, 289, 505; II 42—44, 81, 82, 85, 102, 103, 104.
Arco v. Franciscus de Arco; Galeazius de Arco.
Arelatenses 262.
Arelatensis cardinalis v. Aleman.
Aretinus, Leonardus v. Bruni, Leonardus.
Aretium, Arezzo 10, 78; v. Bruni, Leonardus.
Argensis episcopus v. Johannes.
Argentina (Straßburg) 88, 89, 189, 255, 435; capitulum II 18—29; oratores 106; v. Honnow, Nicolaus.
Argentinensis episcopus v. Diest, Guilelmus de.
Argentinenses 498.
Arimini dominus v. Malatesta Sigismundus.
Ariminum (Rimini) 39, 40.
Armeniaci (Armagnaken) 436, 437, 438, 444; II 66, 68.
— comes v. Johannes d'Armagnac.
Arnith, Albanus 283.
Arpajone, Berengarus de v. Berengarus.
Arzimboldus v. Arcenboldus.
Aschense capitulum 244.
Aspach, ecclesia Pataviensis diocesis 499.
— Lupoldus 253.
Athesini 264, 277, 288, 314.
Athesis (Etsch) 214, 243, 244, 254, 255, 256, 257, 259, 260, 261, 342, 428, 544.
Attila, rex Hunnorum 425.
Augustensis episcopus v. Schauenberg, Petrus de.
Augustus civis II 181.
Aurilianensis archiepiscopus v. Johannes de St. Michel.
Aurispa, Johannes 2, 47, 222, 223, 329.
Ausonia 174; II 153.

Digitized by Google

Australes 86, 87, 272, 529, 530, 531, 532, 549, 556; II 56, 57, 73.
Austria 87, 145, 183, 184, 244, 261, 262, 320, 427, 428, 439, 449, 451, 488, 528, 530, 533, 556; II 2, 10, 12, 38, 59, 61, 67, 108, 109, 110, 148, 164, 167, 173, 176, 177, 178; duces 278; II 92, 115—117; oratores ducis 19.
Avenio v. Avinio.
Avinio, Avinionenses, (Avignon) 13, 17, 18, 19, 21, 54, 56, 57, 59, 60, 61, 62, 63, 65, 68, 69, 73, 75, 77, 79, 211.
— episcopus Aquensis (Aix) 102.
Aymo de Chissiaco (Chissey), episcopus Gratianopolitanus (Grenoble) 16.

B.

Balnea (Baden bei Wien) 213, 214, 300; II 58.
Bamberga 458.
Baptista, amica Sozini Benzi 3, 4.
— orator Senensis v. Orlandi, Cione di Battista.
— protonotarius pape 499.
Barbatus 319.
Barnabeus Senensis 1, 6, 7.
Baroncelli(s), Gregorius de, Senensis 110, 113, 187.
Barrensis dux 39.
Bartholomeus, episcopus Grossetanus (Grosetto) 103.
— de Prato 585.
— de Roverella, episcopus Adriensis 299, 499, 505, 544, 592.
— Veronensis 585.
Bartolus de Sassoferrato 326.
Barzizza, Guiniforte, cancellarius ducis Mediolani 117—119, 120, 131, 169, 170, 171, 215, 221, 289, 505—507.
Basilea, Basel 3, 12, 16, 18, 29—38, 40, 42, 59, 61, 70, 79, 86—96, 106, 116, 118, 119, 120, 152, 162, 164, 176, 190, 195, 209, 210, 211, 284, 313, 319, 341, 436, 437, 490, 498, 533, 538, 542, 547; II 22, 28, 41, 105, 120, 172, 173; concilium 170, 174, 175, 176, 193, 209—211, 242, 254, 455, 539, 566; II 63, 74, 92, 93, 116, 117; decanus: v. Wiler; episcopus: v. Fridericus de Rheno.
Basilius 87.
Bavari 86, 263, 272, 273.
Bavaria (Bayern) 266, 427, 524, 579; II 100; duces 254, 263; II 61, 100, 102, 125.
Bebek, Ladislaus de Csetuck, episcopus Nitriensis (Neutra) II 1.
Beccadelli, Antonius, Panormitanus 3, 7, 11, 329.
Beda 325.
Belge 88.
Beligiardi mons v. Mons Beligiardi.
Bellicensis episcopus v. Percivallus de Balma.
Benedictus papa 16.
Beneventum (Benevento) II 74.
Bentivolius, Anibal 579.
Benvoglienti, Leonardus 534.
Benzi, Andreas, Senensis, juris interpres 239.
— Sozinus, medicus Ferrare 3, 4.
— Hugo, medicus Ferrare 3, 503.
Berchtoldus von der Werra, scriba 206, 207.
Berench, Pancratius v. Pancratius de St. Miklos.
Berengarus de Arpajone, episcopus Petragoricensis (Périgueux) 14.
Bernardinus Sanctus, Senensis 1, 456.
Bernenses oratores 166; II 171, 172, 173, 179.
Bertrandus de Cadoëne, episcopus Uticensis (Uzès) 20.
Bessarion, Trapezuntinus, cardinalis Nicenus 188, 498, 544, 545 (de factis dictisque Socratis opus).
Bisuntina provincia (Vesontio) 86.
Bizantium v. Constantinopolis.
Bochow, Wenceslaus de, v. Wenceslaus.

Digitized by Google

Bohemi 13, 18, 19, 23, 28, 70, 183, 186, 202, 203, 266, 443, 507, 531, 532, 533, 544, 547; II 9, 11, 17, 26, 43, 45, 76, 82, 86, 106, 107, 164.
Bohemia 127, 165, 178, 240, 260, 317, 427, 430, 496, 497, 517, 520, 525, 529, 530, 531, 556, 579; II 2, 4, 161; barones 158.
Boleslavia (Bunzlau) II 59, 61.
Bonacossi(s), Albertus de v. Albertus.
Bonevallis (Bonneval) abbas 15.
Bononia, (Bologna) 38, 54, 71, 73, 97, 98, 100, 101, 174, 175, 271, 579; II 58, 94, 111, 112, 137, 138, 139; cardinalis v. Correr, Antonius; v. Bentivolius, Anibal; Butrius, Antonius; Cannetulus, Baptista.
Borbonii dux 352.
Borgundia v. Burgundia.
Borsaw, plebanus ecclesie II 131.
Bos, Bernhardus, procurator episcopi Ilerdensis 103.
Bosanus, episcopus v. Julianus.
Bosforus 566.
Bossius, Franciscus, decanus Tridentinus 199, 237, 260, 264, 265, 269, 288, 289, 314, 333.
Bossna 282, 555; II 66; rex: v. Thomas Stephanus.
Bozna v. Bossna.
Brabantia 86, 89.
Branda da Castiglione, cardinalis Placentinus 13, 15, 132.
Brandenburgensis marchio v. Albertus.
Brassart, Johannes, capelle regie cantor principalis II 113.
Brassovia (Kronstadt) II 154, 155, 156.
Briçoigne, Geraldus de v. Geraldus.
Brisacum (Breisach) 437.
Britannia, Brittania 33, 36, 185, 196, 227; II 149.
Brixina (Brixen) 256, 333; ecclesia 262; II 115, 116, 117.
Brixinensium episcopus v. Stubay Georgius.
Brochardus, Hieronymus, Imolensis 100.
Bruni, Leonardus, Aretinus 1, 7, 28, 29, 215, 222, 223, 306, 309, 329, 342.
Brunorius 15, 585.
Bruns, Ludwig 501.
Brunsvicenses duces 241.
Buchaim, comites de 84.
Buda (Ofen) 71, 178, 257, 258, 495, 507, 563, 564, 566; II 7, 14, 72, 121, 122, 128, 145, 151, 158.
Budovicensis (Budweis) ecclesia 298; II 118, 119, 131, 132.
Bulgari 488, 566.
Bulgaria 281, 496, 518.
Burgensis episcopus v. Garsia, Alphonsus.
Burgum Judeorum (Judenburg) 253.
Burgundia; dux v. Philippus.
Butrius, Antonius 327.

C.

Caccia, Gaspar de Fara, Novariensis 126, 150, 161, 196—198, 314, 333.
— Stephanus de Fara 150, 151, 161, 164, 319, 320, 339, 503.
Cadoëne, Bertrandus de v. Bertrandus.
Calcedonensis synodus 209.
Caldissen (Kalteisen) Johannes, rector cathedre apostolici palatii 499.
Calexium v. Calisium.
Calisium (Kálos) II 147, 150.
s. Calixti cardinalis v. Johannes de Sagobia.
Calvus, Jacobus, Senensis 217, 280, 306, 498, 505, 542, 592.
Campania 26, 539.
Campisius, Johannes 153, 154, 159, 160, 201, 215—218, 219, 220, 278—283, 285, 295, 296, 305—309, 337—338, 340—343, 345, 347, 424, 434, 450, 451, 493, 495—499, 503, 538—544, 546, 589—593.

Digitized by Google

Candida Casa (Whitehorn) abbas v. Thomas de Dunduno.
Canisa, Emericus de v. Emericus.
Cannetulus, Baptista 579.
Capra, Bartholomeus della, archiepiscopus Mediolanensis 13, 66.
Capranica, Dominicus, cardinalis sancte crucis 3, 4, 5, 12, 14, 15, 23, 29, 40, 58, 294.
Caramanus, Tartarorum princeps 496.
Caretto, Mattheus de, episcopus Albinganensis (Albenga) († 1448). 14, 27, 63, 66, 69, 74.
Carillo, Alphonsus de, cardinalis sancti Eustachii (1408, † 1434) 13, 17, 18.
Carinthia (Kärnten) 117, 214, 257, 261, 313, 320; II 2.
Carminiola (Carmagnola) comes, Franciscus Busone, († 1432), 24.
Carniola (Krain) 214, 261, 313, 320; II 2.
Carolus IV. imperator 186, 556; II 133.
Carolus VII. rex Francie (1422—1461) 13, 18, 61, 211, 249, 250, 254, 255, 259, 437, 438, 490; II 21—24, 65—68.
Carvajal, Johannes 194, 203, 208—211, 254, 271, 318, 319, 493, 532, 534, 535, 536, 537, 544, 546, 585; II 140, 141, 152, 168.
Casale Fluminense 98.
Casanova, Johannes de, cardinalis sancti Sixti († 1436, 1. III.) 23.
Caschovia (Kaschau) 257.
Castelle rex, Johannes II. (1406—1454) 15, 18; oratores 66.
Castellanus, Nicolaus v. Tifernas, Nicolaus.
Castellio (Castiglione) 132.
Castiglione, Branda da v. Branda.
Castrum Romanum v. Jacobus.
Cathalani 178.
Catelonia (Catalonien) 517.
Caucasus 514.
Cecil v. Sacile.
s. Cecilie cardinalis v. Aleman, Ludovicus.
Cepel insula II 145.
Cervantes, Johannes, cardinalis sancti Petri ad vincula († 1453) 16, 22, 27, 42, 57, 64, 65, 71, 75, 104, 211, 345.
Cerverii(s), Jacobus de v. Jacobus.
Cesari, Nicolaus (alias de Ceciliano) episcopus Tiburtinus (Tivoli), (1427—1450) 65.
Cesarini, Julianus de, cardinalis s. Sabine, cardin. s. angeli († 1444) 12, 26, 28, 40, 49, 52, 56, 64, 65, 70, 79, 127, 153, 155, 156, 163, 165, 173—175, 177, 194, 202, 203, 242, 274, 281—283, 290, 307, 320, 321, 323, 324, 342, 345, 425, 451, 489, 490, 496, 506, 538, 546, 565, 566, 567; II 7, 8, 12, 13, 37—41, 43, 45—48, 50, 52, 53, 54, 55—58, 68—74, 77, 78, 84, 95, 96, 130, 144—150, 151, 152, 153.
Cesarinus, Georgius, protonotarius pape 499.
Chatelonia v. Catelonia.
Chels de Lewa, R., Hungarus 571.
Chiaves, Jacobus, apostolicus nuntius 144, 145, 146.
Chiemensis episcopus v. Pflieger, Silvester.
Chonchensis (Cuenca in Kastilien) abbas 21, 102.
Chrisoloras v. Chrysoloras.
Christianus, magister in theologia, Viennensis 102.
Chrysoloras, Manuel 222, 223.
Chur 314.
Cilia (Cilli) 260.
Cilie comes Ulricus 150, 177, 178, 203, 244, 257, 277, 322, 342, 350, 488, 555, 557, 564, 571, 576, 578; II 43, 45, 152, 166.
Cincius, Johannes 303, 304, 305, 315.
— de Rustici, Agapitus, secretarius apostolicus 499.
Cino dei Singibuldi 326.

Digitized by Google

Cione di Battista Orlandi v. Orlandi.
Ciprii 86.
Civitas castelli (Città di Castello) 153; v. Tifernas, Nicolaus.
Clavasium (Chiavasco), preceptor de 102.
Clivensis (Kleve) ducis Adolphi († 1448) oratores 19.
Clocestrie dux, Humphry 227, 325, 346.
Coetquis, Philippus de, archiepiscopus Turonensis (Tours) († 1441) 27, 84—86, 96.
Cohacz, Petrus, vajvoda Bosne 282.
Coimbrie dux v. Petrus infans.
Colonia (Köln) 86, 208, 501, 589; II 179; archiepiscopus: v. Mörs, Theodericus de; secretarius: v. Vrunt, Johannes; v. Henricus de Judeo.
Colonienses 241.
Columna, Prosper, cardinalis s. Georgii ad velum aureum († 1463) 308, 498, 544.
Comitaw (Komotau), Johannes de v. Johannes.
Comprosarthol v. Kaiserstul.
Concensis episcopus v. Nuñez, Alvarus, de Isorna.
Condulmarus, Franciscus, cardinalis s. Clementis Venetiarum († 1453) II 73.
Confluentia castellum II 85.
— (Koblenz) 89.
Conradus rex 88.
Constantia (Konstanz) 32, 33, 87, 255; II 43; concilium 75, 76, 186, 210; II 22, 133; episcopi 33, 90; episcopus: v. Höwen, Henricus de; v. Guillielmus de Constantia; Mesner, Conradus.
Constantiensis (Coutances) episcopus v. Philibertus de Montjeu.
Constantinopolis 48, 60, 69, 70, 222, 223, 496, 507.
Constantius, Jacobus, pretor Senarum 99, 100.
Contes de Cacciacontibus, Senensis, abbas s. Galgani 217, 280, 296, 305, 307, 309, 451, 498, 505, 542, 543, 546, 592.
Contrarii(s), Ugucio de, gubernator ducis Mediolani († 1448) 165, 166; II 42, 43, 82, 89, 91, 104—106.
Cornetanus episcopus v. Vitelleschi, Bartholomeus.
Correr, Antonius, Bononiensis cardinalis 19.
Corselli(s), Thomas de v. Thomas de Corsellis.
Corsica 4.
Corsinianum (Corsignano) 449.
Cosoronensis episcopus v. Johannes.
Cotiniola, Franciscus v. Sforza.
Cracovia, archidiaconus: v. Lasotzky, Nicolaus; episcopus: v. Oleśnicki, Zbigniew.
Cremona 50.
Cristophorus de Velate, consiliarius ducis Mediolani 169.
Crivelli, Leodrisius 41.
Croacenses comites 569, 577.
s. Crucis cardinalis v. Albergati, Nicolaus (1443); Capranica, Dominicus.
Cucufati (monasterium vallis Aretane, San Colgat del Vallés) abbas 103.
Cumanus episcopus v. Landrinus Gerardus.
Cusa (Cues) abbas de 103.
Cusanus v. Nicolaus de Cusa.
Cyprus, cardinalis v. Lusignan, Hugo de.

D.

Daces 84.
Dalmatia 86, 550, 557.
Daniel, amicus Enee 180.
Danubius (Donau) 81, 83, 174, 182, 426, 427, 428, 430, 506, 507, 524, 579; II 152.
Datus, Augustinus, Senensis 111, 187.

Digitized by Google

Dertusensis episcopus v. Otho de Moncada.
Didier, Guilelmus, episcopus Vercellensis (Vercelli) 102.
Diest, Guilelmus de, episcopus Argentinensis (Straßburg) (1420—1439) 75.
Dignensis episcopus v. Petrus de Versailles.
Dinkelspuhel, Nicolaus de v. Nicolaus.
Donato, Andreas, eques Venetus 291, 292.
Dornos, Gaspar II 20.
Dorus, Gaspar v. Dornos Gaspar.
Dragas, germanus Constantinopolitani imperatoris 283.
Dravus (Drau) flumen 182.
Dyssipatus Johannes 60, 62.

E.

Ebendorffer, Thomas de Hasselbach 82, 214, 242, 250, 251, 500.
Ebersperg 425.
Ebersdorffii 84.
Eberstorf, Johannes, magister camere 253.
Ebrei v. Judei.
Egidius Romanus 29.
Egkersau 84.
Eizingeri 84.
Elespontus v. Hellespontus.
Elizabeth, amica Enee 190, 449.
— regina 530, 553, 556, 563, 564, 570; II 56, 112, 133, 136, 154, 156, 158, 168.
Emericus de Canisa, Hungarus 571.
Emmerberg, Fridericus de, archiepiscopus Salczburgensis II 100, 102, 187.
Enus (Enns) 430, 431.
Erbach, Theodericus de, archiepiscopus Moguntinus 243, 244, 438, 507.
Esculum 188.
Este, Borsius 548.
Este, Leonellus, marchio Ferrariensis 175, 179, 180, 181, 195, 227, 547; II 83—91; consiliarius: v. Maletta, Albericus.
— Nicolaus III., marchio Ferrariensis 2, 21; II 87, 90.
Ethiopes 183.
Eugenius IV. papa 14, 15, 16, 17, 18, 20, 22, 41, 42, 43, 49, 61, 63, 68, 69, 77, 78—80, 105, 118, 131, 148, 165, 174, 188, 193, 194, 254, 258, 259, 271, 274, 285, 293, 294, 324, 338, 351, 438, 492, 501, 566, 579; II 7, 8, 9, 12, 30—32, 33, 34—37, 63, 74, 99—102, 117, 118, 125, 126, 132—134, 146, 157—159; cubicularius: v. Varsinus, Stephanus; nuntius: v. Chiaves, Jacobus; officialis: v. Galeatius, Mantuanus; procurator: v. Tolner, Johannes; protonotarius: v. Cesarinus, Georgius; scriptor: v. Peregallus, Johannes; Richardus de Valentia; Senfftleben, Henricus; secretarius: v. Cincius de Rustici; Poggius; tabellarius: v. Guido.
Eustachii cardinalis v. Carillo, Alphonsus de.

F.

Fagnani, Johannes, legatus ducis Mediolani 41.
Fantucii(s), Hercules de II 110—112, 137—139.
Faventinus (Faenza) dominus 39, 175.
Federicus v. Fridericus.
Felchirea v. Feldkirch.
Feldkirch 121, 128.
Felix V. antipapa 61, 104—110, 151, 161, 195, 338, 351, 437; II 9.
Felsecker, Leonardus 523, 524, 584.
Feltrensis electus v. Johannes de Comitaw.
Ferrara 2, 35, 77; II 87, 90; marchiones: v. Este; v. Benzi, Hugo; Benzi, Sozinus; Franciscus.

Digitized by Google

Filelfo, Francesco v. Philelphus, Franciscus.
Finstingen, Johannes de, legatus dalphini 437.
Firmum (Fermo) 188.
Firmanus, cardinalis v. Capranica, Dominicus.
Flandrensis lingua 86.
Flandrenses 77.
Florentia, (Florenz) Florentini 10, 18, 21, 34, 38, 42, 46, 49, 50—52, 54, 63, 74, 77—79, 90, 97—100, 120, 121, 131, 173, 175, 176, 200, 220, 290, 293, 306, 309, 342, 579, 585, 591; II 5, 7—9, 12, 22, 30, 31, 36, 103, 107, 137.
s. Floriani prepositus 427.
Folkenstorffii 84.
Forum Julii (Cividale) II 94.
— Livii (Forli) 54.
Foscari, Franciscus, Venetiarum dux II 93—95, 179, 180.
Francfordia, Frankfordia (Frankfurt) 13, 105, 144, 248, 325, 498, 500, 502, 503, 507; II 21; dieta: 543, 547; v. Maternus.
Francia, librarius, scriptor 536.
— regnum 70, 88, 193; rex: v. Carolus VII.
Francischinus, Veronensis 181.
Franciscus, amicus Enee, Ferrare 547, 548.
— ex regia cancellaria 317, 525, 526.
— orator marchionis Mantue II 6.
— ordinis minorum 313.
— thesaurarius apostolicus v. Legnamine, Franciscus.
— de Arco 218.
— de Fuce 103, 162, 164, 337.
— de Mecz, episcopus Gebennensis (Genf) († 1444) 102.
— de Quadranciis, Quadruciis 192, 212, 213, 333.
— de S. II 181, 182.
Frencho baro, Hungarus 490.
Friburgum (Freiburg) 437; oratores 106.
Fridericus III., dux Austrie, rex Germanie 18, 118—120, 127—131, 145, 146, 149, 156, 157, 166, 169, 174, 178, 179, 183—187, 193—195, 200, 203, 210—213, 243, 248—250, 252, 259, 260, 262, 265, 266, 268, 270, 271, 273, 275, 285, 287, 290, 292, 293, 298, 321, 322, 336, 337, 339, 349, 397, 424, 430, 431, 435, 437, 457, 458, 498, 500, 502, 507, 524, 527, 528, 533, 546, 547, 549, 557, 564, 565, 572, 579, 585; II 1—5, 10—16, 18—24, 27—35, 41, 42, 45—56, 58—60, 63—68, 71, 76—78, 80, 82, 87, 89, 90, 92—94, 100, 103—105, 107—125, 127—145, 149, 151, 154—159, 163—165, 168—186; consiliarius: v. Petrus; Sweinpekh, Georgius; familiaris: v. Georgius; magister camere: v. Ungnad, Johannes; Zebinger, Waltherus; magister curie: v. Neytperg, Johannes; notarius: v. Martinus; Sibicus; Wenceslaus de Bochow; Widerle, Jacobus; orator: v. Hartungus (von Kappel); protonotarius: v. Gers, Johannes; Tacz, Wilhelmus; scriba: v. Berchtoldus (von der Werra).
— Tergestinorum cancellarius: v. Mercatellis, Fridericus de.
— de Rheno (zu Rhein), episcopus Basileensis († 1451) 102.
Frisacum (Freisach) 500.
Frisia II 168, 169.
Frisinga (Freising) 586; ecclesia 84, 193, 194, 203, 214, 218, 242, 243, 252, 253, 259, 262, 266, 270, 272, 275, 296, 299, 309, 319, 333, 338, 343; II 59—64, 92, 93, 96, 98—102, 125—127, 141; episcopus: v. Scala, Nicodemus della; prepositus 426.
Fructuariensis abbas 102.
Fulgosius, Raphael, Piacentinus 327.
— Thoma, Janue dux 174, 352.

Digitized by Google

Fusum (Foix), cardinalis de v. Petrus de Fuxo; comes 18, 19.
Fuxum v. Fusum.

G.

Gabriel v. Eugenius IV.
Galeatius Mantuanus, officialis sedis apostolice 62, 71.
Galeazius de Arco 218, 268; II 119, 120.
Galleanus, Sigherius v. Sigherius.
Galli, Gallici 19, 43, 49, 60, 63—65, 67—69, 71, 75, 88, 161, 175, 176, 178, 185, 186, 193, 211, 435, 498.
Gallia 86, 497; II 149.
Gallicensis episcopus v. Genesius de Parma.
Gallus, Martinus v. Martinus.
Gara, Ladislaus, banus 257, 564, 568, 571; II 45, 121—125.
— Mathiocanus 490.
Garzia, Alphonsus, episcopus Burgensis (Burgo) (1435—1456) 75.
Gaspar, sacerdos, nuntius cancellarii 251, 270.
— Perusinus, advocatus consistorialis 46.
Gazzaia, Tomas della 4.
Gebennensis comes v. Philippus; comitatus II 109; episcopatus 297; episcopus: v. Franciscus de Mecz.
Geminger, Petrus 322.
Genesius de Parma, episcopus Gallicensis, Callensis (Cagli) 14.
— della Porta 492.
Genua, Genuenses v. Janua.
Georgius comes v. 569.
— familiaris Friderici regis II 181.
— de Ornós, episcopus Vicensis (Vich) 103, 109, 293.
— de Praga, administrator ecclesie Pragensis II 118, 119.
Geraldus de Briçoigne, episcopus Apamiarum (Pamiers) 17.
Germain, Johannes, episcopus Nivernensis (Nevers) 27.
Germani v. Teutones.
Germania 33, 87, 186, 249, 250, 318, 324, 329, 342, 426, 533, 542; II 11, 34, 35, 45, 53, 103, 146; principes: 259; II 149.
Geronimo da Siena v. Jeronymus Senensis.
Gers, Johannes, regius protonotarius 434—438, 444—446.
Gethe 86.
Ghiglinus 215.
Giotto 23.
Gisbertus, electus Segobricensis (Priego) II 18.
Giskra, Johannes, capitaneus 257, 351, 504, 507, 557, 564, 565, 568, 569, 571, 573, 578; II 14, 43, 45, 122.
Glicerium 116, 155, 164, 396.
Gomitius Mediolanensis 394.
Gonzaga, Johannes Franciscus, marchio Mantue 195, 227; II 5, 6, 44, 45, 106—108; orator: v. Franciscus.
Goricie comes, Henricus V. (1385—1454) 244, 257, 266, 277.
Gothi 590.
Gratianopolitanus episcopus v. Aymo de Chissiaco (Chissey).
Greci, Grecia 42, 47—50, 53, 54, 59, 60, 63, 68, 70, 71, 79, 80, 210, 283, 489, 506; II 149, 164
Grecia (Graz) v. Gretz.
Greizenstein 586.
Gretz, Grecia (Graz) 178, 182, 203, 252, 255.
Grossetanus episcopus v. Bartholomeus.
Grünwalder, Johannes, cardinalis s. Martini 193, 212, 263, 275, 338, 586; II 61, 96, 98, 100, 102, 125, 126, 127, 141.
Guarinus Veronensis 28, 222, 223, 329.
Guelfi 77.
Guido, tabellarius Eugenii IV. 271, 272, 276—278, 299, 585, 589, 590.
Guillielmus de Constantia, doctor 103, 293.

Digitized by Google

Guinisenses v. Gunzenses.
Güns II 46.
Gunzenses, Guinisenses 497, 568.

H.

Hanusco 300.
Haricourt, Ludovicus de, episcopus Verdunensis 438.
Hartungus (von Kappel), orator Friderici regis 132, 208, 300—302, 505; II 92.
Hasselbach, Thomas v. Ebendorffer, Thomas.
Haynburg (Hainburg) II 2—4, 14, 37—39, 51.
Hedervàry, Laurentius, palatinus Hungarie 495, 496, 502, 507, 557, 567, 568; II 9—12, 48, 49, 58, 59, 123, 145, 147, 148, 150, 151, 160—162.
Helhoc 88.
Hellespontus 322, 489, 566; II 73.
Henricus sanctus 458.
— VI., Anglie rex (1422—1472) 18, 157, 172.
— VII., rex Germanie 186, 556; II 133.
— de Hassia 81.
— de Judeo, Coloniensis, doctor 102.
— de Thamasiis 490.
Hercules de Fantuciis v. Fantucii.
Hermannus de Treysa, magister Viennensis 81.
Heyden, Henricus, Viennensis II 110—112, 136—140.
Hildericus 89.
Hinderbach, Johannes 81, 83.
Hispania 15; oratores 71.
Hispani 60, 61, 67, 86, 210.
Hister v. Danubius.
Histria (Istrien) 313.
Hohenbergii 84.
Hollandia 88; II 168, 169.
Hollandrini 501; II 169, 170.
Honnow, Nicolaus, Argentinensis II 18, 19.
Hostia Tiberina v. Ostia.
Hostiensis episcopus v. Nicolaus de Arpono.
Hotot, Guilielmus de, episcopus Silvanectensis (Senlis) († 1434, 6. V.) 16.
Höwen, Henricus de, episcopus Constantiensis († 1462) 244, 256, 293, 303, 315.
Hug, Alexander 118.
Humpoletz, Nicolaus v. Nicolaus.
Hungari, Ungari 86, 165, 174, 184, 186, 290, 322, 342, 451, 490, 510, 514—518, 520, 521, 525, 530—533, 538, 544, 547, 563—579; II 8, 79, 82, 164.
Hungaria, Ungharia regnum 149, 183, 194, 257, 259, 274, 320, 321, 351, 430, 488, 495, 496, 502, 504—506, 516—519, 530, 533, 546, 548—558, 563—579, 585; II 1, 3, 4, 7, 9—15, 25, 26, 38, 39, 43, 45, 46, 49—56, 58, 70, 72, 76, 95, 123, 128, 133, 142—144, 148, 149, 152, 158, 164, 167, 168.
Hunyadi, Johannes, waywoda Transsilvanorum 281—283, 351, 490, 518, 533, 546, 566, 579; II 72.
Hussite II 133.

J.

s. Jacobi hospitale (St. Jakob) 436, 490.
Jacobus, amicus Gasparis de Fara 196—198.
— notarius regius, amicus Enee v. Widerle, Jacobus.
— de Castro Romano, medicus 119, 213, 221, 452.
— de Cerveriis 314, 333.
— de Lodrono 218.
— de Portugalia II 77.
— de Salsburga 102.
Janua (Genua) 5, 7—11, 21, 92, 174; II 179; dux: v. Fulgosius, Thomas; gubernator: v. Oldradus.
Januenses 43, 49, 78, 175, 566.

Digitized by Google

Jaurinum (Raab) 575; II 13, 49, 58, 70, 147, 150.
Jaxo, prepositus ecclesie s. Stephani Luthomericensis II 156.
Jeronymus, canonicus Vratislaviensis 532.
— Senensis, orator ducis Mediolanensis 168.
Illardensis cardinalis v. Ram, Dominicus.
Imola v. Brochardus, Hieronymus.
Imperialis, Ottobonus, triremis gubernator 8.
Insprucca (Innsbruck) 117.
Insubres 201, 215, 278, 350.
Insubrium 132.
Joannetus, Petrus medicus 98, 99.
Johannes, Anthiocenus patriarcha 13, 19, 66.
— dominus Bariacti, marescallus Sabaudie II 172.
— episcopus Argensis 109.
— episcopus Cosoronensis (Conserans) 17.
— magister camere imperialis v. Ungnad, Johannes.
— rex Bohemie 556.
— secretarius Norembergensis 322, 323, 580, 581.
— vaivoda v. Hunyadi, Johannes.
— Lauterbach 446—448.
— Offenburg(ensis) 193.
— Orsais 490.
— de Arciis, archiepiscopus Tarantasiensis (Tarentaise) († 1454) 102.
— familiaris Enee, v. Steinhof, Johannes.
— d'Armagnac, comes 18, 19.
— de Bochow II 97, 98.
— de Comitaw, electus Feltrensis II 110—112, 138.
— de Dominis, episcopus Varadiensis 490, 567; II 24—26, 79.
— de Eich, doctor, electus Eystetensis 437, 453—487, 558— 561.
— de Gamundia (Gmünd) 582.
— de Lasmuz 490.
Johannes, de Loprechtic, prepositus ecclesie omnium sanctorum castri Pragensis II 156, 157.
— de Los, episcopus Leodiensis (Lüttich) II 113, 114.
— de Massa 25.
— de Pragino, episcopus Lausanensis (Lausanne) (1433—1440) 60, 103.
— de Prato 14.
— de Saaz 13.
— de Sagobia, cardinalis s. Calixti 101, 103—105, 146, 196, 313, 333, 336, 345, 437.
— de Theno, canonicus II 44.
— de St. Michel, episcopus Aurilianensis (Orléans, 1426—c. 1458) 15.
— de Turicella, doctor Catalanus 103.
— de Valle Brite 102.
— de Vitellensibus (Vitelleschi), patriarchia Alexandrinus 19.
Iporigiensis episcopus v. Manfredi, Dominicus, de Riparolio.
Isidorus de Rosate 120.
Italia 33, 175, 178, 186, 193, 202, 209, 219, 244, 259, 274, 287, 293, 295, 323, 324, 517; II 8, 44, 64, 93, 103, 107, 153.
Italici 93, 181; II 149.
Judei 35.
Judeo, Henricus de, v. Henricus.
Julianus, episcopus Bosanus (Bosa, † c. 145), 63, 65.
— de Roma 333, 505, 542.

K.

Kaiserstul 32, 87.
Kalteisen, Johannes v. Caldissen.
Kappel, Hartungus de v. Hartungus.
Karinthia v. Carinthia.
Kasimirus, Kazimirus, dux Lituanie 511—514.
Kioe 6.
Konrad, Herzog von Öls, Bischof von Breslau II 153, 154.
Koributhi, Sigismundus 530.
Kottrer, Petrus, cancellarius ducis Alberti 267.

Digitized by Google

Krevel, Johannes, episcopus Osiliensis (Ösel) 271, 274.
Kronstadt v. Brassovia.

L.

Labacum (Laibach) 309.
Lachsenburg 573.
Ladislaus, banus, v. Gara, Ladislaus.
Ladislaus, rex Hungarie 158, 159, 182—187, 202, 203, 258, 320, 321, 333, 351, 352, 488, 490, 495, 502, 504, 505, 507, 517, 519, 530—533, 538, 546, 547, 549—558, 563—579; II 1, 4, 11, 13, 15, 25, 43, 45, 78, 82, 106, 121—124, 128, 132—134, 137, 155—159, 164, 165, 168.
Laiming, Leonardus, episcopus Pataviensis 149, 350, 424—434, 491, 562—579, 587, 589.
Lancellotus de Lusignario, patriarchia Jerosolime II 176.
Landrianorum domus (Lodi) 118.
Landrinus, Gerardus, episcopus Cumanus 498, 544, 592.
Langenstein villa 81.
Lapide, Wilhelmus de 326—333, 345, 395—424.
Lasmus, Johannes de v. Johannes de Lasmus.
Lasotsky, Nicolaus, archidiaconus Cracovie 102, 320, 565; II 51, 52.
Latini 48—50, 70, 219.
Lauffenburg 88, 437.
Laurentius II 135.
s. Laurentii in Damaso cardinalis v. Alexander, dux Mazovie.
Laurentius, palatinus Hungarie v. Hedervåry.
— de Rotella, canonicus Tridentinus 155, 166, 167, 169, 171, 289, 313, 333, 334, 337, 339; II 42, 105.
Lauriacum (Lorch) 425.
Lausana (Lausanne) 248.
Lausanensis episcopus v. Johannes de Pragino (Prangins).
Lauterbach, Johannes v. Johannes.
Legnamine, Franciscus, thesaurarius apostolicus 536, 543.
Lejeune, Johannes (Juvenis), cardinalis Morinensis 536—538, 543, 544.
Leo papa 209.
— IV. papa 210.
Leodiensis (Lüttich) abbas 499; episcopus: v. Johannes de Los.
Leonardus, amicus Enee 6.
— P. II 94.
— della Serrate, clericus Vercellensis 118; II 41, 42, 105, 120.
Leonellus, marchio Ferrare v. Este, Leonellus.
Leonissa oppidum II 74.
Leuben (Leoben) 257.
Lewa, Chels de v. Chels.
Liechtenstein comites 84, 427.
Lignicense capitulum II 135, 136.
Ligustici montes 284.
Lincia (Linz) 430.
Lithuania 506, 511, 512; dux: v. Kasimirus.
Loder, Andreas, cancellarius 587.
Lodronum (Lodrone), Jacobus de v. Jacobus.
Lollius, Gregorius, Senensis 283—285, 532, 533.
— Nicolaus 11, 449.
Lombardi 68, 79.
Longobardia 132, 550.
Lotharingia 498.
Lubicensis episcopus v. Schelle, Johannes.
Lucca 58, 78.
Ludovicus Brunonis v. Bruns, Ludwig.
— dalphinus Viennensis ac primogenitus regis Francie 88, 435, 436, 437, 490, 497, 533, 537, 548.
— dux Bavarie 344, 352, 592.
— dux Sabaudie 106, 498; II 108—110, 170—179.
— dux, patriarcha Aquilegiensis (1412—1439) 63, 66.
— marchio Salutiarum 106.
— nuntius 187, 237, 238, 586.

Digitized by Google

Ludovicus Romanus, protonotarius 63, 65, 326.
— socius Adami de Zil II 169.
— rex Hungarie 529.
— de Amaral, episcopus Visensis (Viseu) 60, 103.
— de Poitiers, episcopus Valentinus (Valence) II 75.
— de Romagnano, episcopus Taurinensis (Turin) 102.
— de s. Severino 24.
Lugdunensis archiepiscopus v. Talaru, Amadeus de.
Lugum, oppidum 39.
Luna (Spezia) 284.
Lunen, Dietrich von 322.
— Johann von 322.
Lupfen, Johannes, comes de 310.
Luscus, Antonius (Loschi) 162, 222, 223, 329, 332, 337.
Lusignan, Hugo de, cardinalis de Cypro 21, 23, 40, 104.
Luthomericensis (Leitmeritz) ecclesia s. Stephani II 156, 157.
Luzla, abbas de 102.

M.

Maguntia (Mainz) v. Moguntia.
Mainardus de Nova domo 586.
Maitburgenses comites 84.
Malatesta, Sigismundus, Arimini dominus 39.
Maletta, Albericus, consiliarius marchionis Ferrarie 179—181, 548; II 81—86, 89, 91.
Malumbronum (Maulbronn), abbas de 63.
Manfredi, Dominicus de Riparolio, episcopus Iporegiensis (Ivrea) 102.
Mango, minister equorum 447.
Mansueti(s), Franciscus de 38.
Mantua 42, 43, 54; II 6; marchio: v. Gonzaga, Johannes Franciscus; v. Galeatius.
Marchia 188.
Marchus Bonifilii 336.
Marchiandi, Petrus, cancellarius ducis Sabaudie II 172, 176.
Marcianus imperator 209.
Marczelli(s), Emericus de 558, 571, 572; II 122, 164, 165.
Maris stella (Wettingen) 80.
Marquard, Johannes 580.
s. Martini cardinalis v. Grünwalder, Johannes.
Martini, Antonius de Clavibus, episcopus Portugalensis (Porto) († 1447) 65, 69, 74.
Martinus V. papa 32, 87, 106, 205.
— Gallus 150, 151.
Martinus, regie cancellarie notarius 332.
Massa v. Antonius; Johannes de Massa.
Maternus de Francfordia, causarum procurator II 80.
Matheus Pisanus 201, 215, 453.
Mathias cursor 216.
— episcopus Visprimiensis 557, 571, 572, 578.
— de Ponte (Brüx), parochus Budvicensis (Budweis) II 118, 119, 130—132.
Mazoviae dux v. Alexander.
Medices (Medici) Cosmus 97, 591; Laurentius 97, 100.
Medici banchus 220.
Mediolanum (Mailand) 5, 11, 12, 100, 149, 166, 167, 215, 224, 288, 290, 306, 314, 319, 503; II 16, 43, 83, 85, 89, 91, 105, 179; abbas s. Ambrosii 13; archiepiscopus: v. Capra, Bartholomeus della († 1433, 30. IX.); Pizzolpassus, Franciscus († 1443); prepositura ecclesie s. Laurentii 118; II 41, 42, 44, 120; v. Gomitius.
Melincus 190.
Memo, Guido, episcopus Veronensis (Verona) 14.
Menenchus, prepositus ecclesie s. crucis Vratislaviensis II 114, 115.
Mengass, Henricus II 18, 19.

Digitized by Google

Meranum (Meran) 201.
Mercatelli(s), Fridericus de, Tergestinorum cancellarius 522, 523.
Mesner, Conradus, mercator de Constantia II 43.
Metensis archidiaconus 75, 102.
Meyers, Johannes, cancellarius Austrie 237, 238.
Michael Gallicus 103.
— de Pfullendorf 206—208, 243, 253, 303—305, 311, 312, 314—316, 323, 353, 439—442, 561, 562; II 188—190.
Moguntia (Mainz) 33, 86, 90; archiepiscopus: v. Erbach, Theodericus de.
Moldavia terra 550.
Molins, Adam de v. Adam de Molins.
Monasterium (Münster) capitulum II 17, 18; episcopus: v. Mörs, Henricus de.
Mons Beligiardi (Mömpelgard) 435.
— Pesulanus (Montpellier) 61.
Monte Polledrano 173.
Montjeu, Philibertus de, episcopus Constantiensis (Coutances) v. Philibertus de Montjeu.
Montisferrati marchio, Johannes Jacobus 24.
Morava flumen 281, 565.
Moravia terra 544; II 38.
Morea 283.
Morinensis cardinalis v. Le Jeune, Johannes.
Mörs, Henricus de, episcopus Monasteriensis II 164.
— Theodericus de, archiepiscopus Coloniensis (Köln) († 1443) 66, 104, 241, 346, 438, 498, 502, 507, 537, 544; II 20.
— Walramus de, episcopus Trajectensis 502; II 20.
Mosa (Maas) 89.
Mura (Mur) 182, 447.
Murza (Mürz) 447.
Mutina (Modena) II 83, 87, 89, 91.

N.

Navarra, rex Jacobus II. (1425—1438) 15.
Neapolis (Neapel) 179.
Neapolitani 517.
Negel, Thomas, baccalarius in artibus 103.
Neythart, Bartolmes 580.
Neytperg, Johannes, magister curie 244, 258, 270, 272, 274, 275, 350, 579, 589.
Nicenus cardinalis v. Bessarion, Trapezuntinus.
Nicia (Nizza) II 73.
Niclas von Wyle 113.
Nicolaus 131.
— decanus Cracoviensis v. Lasotzky.
— nuntius Henrici Schlick 586.
— nuntius marchionis Ferrariensis 2, 3.
— vaivoda v. Ujlaky, Nicolaus.
— de Arpono, episcopus Hostiensis, Ostunensis (Ostuni) 108.
— de civitate castelli v. Tifernas, Nicolaus.
— de Cusa 65; II 152.
— de Dinkelspuhel 82.
— de Perin 490.
— de Saltzburg 490.
— Vitibriensis 542.
— de Humpoletz 13.
— Venetus, canonicus Tridentinus 269, 289.
Niger, Bohemie fluvius 430, 431.
Nisa (Nisch) 281, 282.
Nitriensis episcopus v. Bebek, Ladislaus de Csetuck.
Nivernensis episcopus v. Germain, Johannes.
Noceto, Petrus de v. Petrus de Noceto.
Noremberga, Norimberga v. Nurenberga.
Novacivitas (Wiener-Neustadt) 146, 178, 213, 298, 300, 302, 337—339, 424, 444, 524, 568; II 134.

Digitized by Google

Nova domus, Mainardus de v. Mainardus.
Novaria 215, 492; episcopus: v. Vicecomes, Bartholomeus de; v. Caccia, Gaspar.
Novum castrum II 150.
Noxetanus v. Petrus de Noceto.
Nuñez, Alvarus de Isorna, episcopus Conchensis (Cuenca) (1418—1445) 67.
Nuremberga (Nürnberg) 117, 214, 259, 260, 265, 266, 272, 313, 320, 322, 325, 336, 341, 342, 350, 439, 450, 451, 503; II 85, 107, 140; dieta 177, 194, 203, 243, 259, 262, 265, 290, 303, 318, 324, 342, 343, 424, 444, 502, 543, 547, 587; II 23, 28, 32, 33, 37, 65, 96, 100, 125, 130, 141, 145, 146, 148, 152, 153.
Nursia (Norcia) urbs 284.
Nytperg v. Neytperg.

O.

Offenburg, Johannes v. Johannes Offenburg.
Oldradus, Januae gubernator 5.
Oleśnicki, Zbigniew, episcopus Cracoviensis 144, 526—532.
Omnisbonus (Ognibene) Veronensis 293, 333.
Opizinus de Alzate 5.
Orlandi, Cione di Battista, orator Senensis 25, 45, 46, 51, 53, 56.
— Johannes 204.
Ornós, Georgius de, episcopus Vicensis v. Georgius.
Orsais, Johannes, Hungarus 490.
Orsini v. Ursinus.
Ortenbergensis comes 426.
Osiliensis episcopus v. Krevel, Johannes.
Ostia 27.
Oswaldus de Rosgon v. Rozgon.
Otho de Moncada, episcopus Dertusensis (Tortosa) 103, 109.
Otto rex 88.
— Heinrici Saxonis filius, rex 88.

P.

Padua v. Patavium.
Padus (Po) 35.
Palavisini, Orlando 6.
Palu, Ludovicus de la, cardinalis s. Susanne 107.
Pancratius de St. Miklos 213, 214, 242, 352, 584; II 38—40, 47, 49, 56, 57, 69, 96, 147, 150, 164.
Pangratius de Szleid 490.
Panigalli(s), Andreas de v. Andreas.
Panigarola, Johannes 201.
Pannonia 203.
Pannonii, Pannones 86, 307.
Panormita, Antonius v. Beccadelli.
Panormitanus archiepiscopus v. Tudeschi, Nicolaus de.
Papia (Pavia) 237; archipresbyter 120; episcopus: v. Pizzolpassus Franciscus; Rampini, Henricus.
Papius Florentinus 439.
Parentucelli, Tomas, 58, 173, 288, 450.
Parisiensis universitas 16.
Parma 50, 65, 71; episcopus: v. Angeli, Delphinus de Pergula.
Passart, Johannes, Prior von Utrecht 189.
Patavia (Passau) 81, 430, 433, 491, 579; ecclesia 84, 273, 425; episcopus: v. Laiming, Leonardus.
Patavium (Padua) 2, 78, 237, 269.
Paulus de Dombo 571.
Pavia 50.
Pelanisinus, Rolandus v. Palavisini, Orlando.
Pelorus (Capo di Faro, Faro di Messina) 179.
Peragallus, Johannes v. Peregallus.
Percivallus de Balma, episcopus Bellicensis (Belley) 103.
Peregallus, Peregallus, Johannes, scriptor apostolicus 105, 147, 152, 153, 162, 165, 203, 204, 293, 312, —314, 319, 331—334, 353.
Perin, Nicolaus de v. Nicolaus de Perin.

Digitized by Google

Perinus de C. II 179, 180.
Perusium (Perugia) 38, 132; v. Gaspar Perusinus.
Pestis civitas 507, 557, 568, 578; conventus 549, 569; II 167.
Petrarcha, Franciscus 222, 223.
Petragoricensis episcopus v. Berengarius de Arpajone.
s. Petri ad vincula cardinalis v. Cervantes Juan.
Petriolanum 38.
Petrucci, Andreotius, orator Senensis 7.
— Fridericus 326.
Petrus Blesensis 325.
— Julianus 204, 205.
— infans Portugalie, Coimbrie dux 176; II 77.
— magister, consiliarius regius II 130, 145.
— rector capelle s. Martini Brasovie II 154, 155, 156.
— socius Adami de Zil II 169.
— de Fuxo, cardinalis († 1464) 13, 17, 21, 104.
— de Noceto 58, 172, 202, 216—219, 280, 285—288, 294—296, 299, 305, 306, 308, 309, 340, 341, 450, 451, 499, 505, 542, 591.
— de Versailles, episcopus Dignensis (Digue) (1432—1446) 62, 65.
Pflieger, Silvester, episcopus Chiemensis 248—250, 259, 266, 293, 300, 350, 433, 500, 501, 587, 589; II 187.
Pfullendorf v. Adrianus; Michael; Thadeus de Pfullendorf.
Philibertus de Montjeu, episcopus Constantiensis (Coutances) († 1439) 14.
Philelphus, Franciscus 1, 40, 96—101.
Philippus 313.
— amicus Enee 168.
— comes Gebennensis 106.
— dux Burgundie 260, 346, 350, 438, 557, 566; II 73, 163, 168—170; oratores 19, 507.
Philippus orator regis Aragonum II 20.
— sicarius 98—100.
Piano Castagnari 1.
Picciolpassus v. Pizzolpassus.
Piccolomini, Bartholomeus 449.
— Bartholomea, 11, 220, 449.
— Eneas, canonicus Tridentinus 332; concilium Basileense 170, 542; custos conclavis 103; filius 173, 190, 284, 449; Florentie vivens 200; Frankfordie 325; plebanus Sarantane vallis 199, 261, 264, 265; prepositus ecclesie s. Laurentii Mediolanensis 118, 131, 166, 171, 200, 221, 289, 290, 332, 487, 506; II 41, 42, 44, 105, 106, 120; presbyter 499; Rome 499, 500, 502, 505, 539; scriptor concilii Basileensis 314; Friderici regis secretarius 118, 119, 200; opera: Nymphilexis 3; Dialogi 120; Cinthia 121, 498; Epigrammata 146; Esopus 397; Chryseis 441; de viris illustribus 452; de miseria curialium 502; epistole 583.
— Laudomia, soror Enee 191, 449.
— Katharina, soror Enee 191, 449.
— Nannes 449.
— Silvius, Enee pater 11, 188—191, 448, 449, 454, 504.
— Victoria, nata Forteguerri, mater Enee 191.
Piciniuus, Franciscus 38, 174, 175, 188, 293, 351; II 58.
— Nicolaus († 1444) 174, 188, 258, 452, 490; II 58.
Picenum (Marche d'Ancona) 132.
Piombino v. Plumbinum.
Pippa, amica Johannis Steinhof 494, 504.
Pirenee montes 86.
Pisanus, Matheus v. Matheus.
Pise (Pisa) 39, 78.
Pizzolpassus, Franciscus, episcopus Papiensis (Pavia), deinde Mediolanensis 14, 66, 95, 96, 101, 104, 118—121, 169, 171.

Digitized by Google

Placentia (Piacenza) 50; cardinalis: v. Branda da Castiglione.
Plattberger, Johannes 580.
Plettenberg, Johannes de v. Steinhof, Johannes.
Ploso, Johannes, canonicus Vratislaviensis II 8, 9, 16, 17.
Plumbinum (Piombino) 4, 6, 11, 12, 204, 205; II 103.
Poggius Bracciolini, secretarius apostolicus 222, 223, 308, 309, 342, 499.
Poitiers, Ludovicus de v. Ludovicus.
Polomar, Johannes, regis Aragonum orator 63.
Polinus Mediolanensis 338.
Poloni 19, 182, 334, 495, 496, 507, 514—521, 527—532, 550, 552, 563—579; II 8.
Polonia 15, 337, 506, 517, 528, 556; II 164; regnum 149, 529; II 45.
Ponza insula 350.
Porta, Genesius della v. Genesius.
Portugalensis episcopus v. Martini Antonius de Clavibus.
Portugalia 294; oratores regis 19.
Portus Naonis (Pordenone) II 184.
— Veneris (Porto Venere) 4, 5, 284.
Posonium v. Pozonium.
Pottendorffii 84.
Pozonium (Preßburg) 322, 432, 499, 571, 574—577; II 2, 4, 14, 76.
Praga 266, 317, 443, 496; cerevisia: 525; ecclesia: II 118, 119; ecclesie capitulum: II 130—152, 156, 157; prepositus ecclesie s. Apollinaris II 131.
Prato, Johannes de v. Johannes.
Prisgaudia (Breisgau) 33, 90.
Procopius, Husitarum dux 28.
— Bohemus v. Rabenstein, Procopius de.
Pruka, Prugk (Bruck a. d. Mur) 257, 263, 447; II 125.
Pruteni 19; II 164; oratores: 19.
Ptasko, Bohemus 351.
Ptolemeus (Tolomei), Bartholomeus 191.
— — Gregorius 449.
— — Jacobus 191.
— — Johannes 114—116, 449.

Q.

Quadrantius, Quadrucius, Franciscus v. Franciscus.

R.

Rab(en)stein, Procopius de 239, 240, 298, 343, 345, 347, 439, 581, 582, 586.
Rad, Ludovicus, scriptor cancellarie regie 206, 207.
Ragusium (Ragusa) 282, 283.
Rahonz II 46.
Ram, Dominicus, cardinalis Illardensis, Ilerdensis (Lerida) 15.
Rampini, Henricus, episcopus Papiensis (Pavia) (1435—1443), Mediolanensis (1443—1450) 66.
Rassia 281—283, 518, 546, 555, 578.
Rater, nobilis II 112, 138.
Ratispona (Regensburg) 432; ecclesia 84, 274.
Ravenna 63, 175.
Reatinus, Thomas v. Thomas.
Rechberg, Konrad von, Elekt von Chur 314—316.
Regium (Reggio) 179.
Renatus rex 49, 176, 352.
Reneck v. Rhineck.
Renus v. Rhenus.
Reuchlin, Simon, abbas Lunelacensis (Mondsee) 586—589.
Reve, Johannes, doctor II 76.
Reverso, preceptor de 102.
Rheni palatinus 498, 507.
Rhenus (Rhein) 22, 32, 33, 86—90, 145.
Rhinec, Rheineck 32, 87.
Richardus de Valentia, scriptor apostolicus 148, 167, 168, 505, 546, 592.

Digitized by Google

Riederer, Udalricus, magister 242, 252, 253, 260, 261.
Rinfelden (Rheinfelden) 88; II 172, 173.
Ripallia (Ripaille) 108.
Rodanus (Rhône) 86.
Roetelen, marchio de (Wilhelm von Hachberg, 1428—1441) 106, 109.
Roma 16, 54, 77, 131, 188, 215, 216, 258, 271, 299, 306, 492, 499, 500, 502, 505, 522, 534, 536, 591.
Romandiola 24, 188.
Romani 26, 211.
Romania (Rumänien) 488, 566.
Roraw, H. II 154.
Roselli(s), Antonius de, advocatus consistorialis Senensis, magister 1.
Rotella, Laurentius v. Laurentius de Rotella.
Rotundella 452.
Roverella, Bartholomeus de v. Bartholomeus.
Rozgon, Georgius comes 578.
— Oswaldus de 569.
Rozgoni, Simon de, episcopus Agriensis 258, 490, 567; II 123.
Rubeopurgum 256.
Rupertus de Thar, regie maiestatis marescallus 510, 521, 571.
Rutheni 488.

S.

Saaz, Johann von v. Johannes de Saaz.
Sabaudia 56, 57, 60, 80, 106; dux: v. Ludovicus, oratores ducis: 17, 119; princeps: v. Felix v. antipapa.
s. Sabine cardinalis v. Cesarini, Julianus de.
Sacile oppidum II 93.
Sagobia, Johannes de v. Johannes.
Sak II 181.
Sale, Albertus della v. Albertus.
Salzburga, Salczburga 243, 244, 425, 500; v. Jacobus; archiepiscopus: v. Emmerberg, Fridericus de; ecclesia 84.
Sanctus Severinus (Sanseverino) 175.
Sarantane vallis 199, 260, 261, 264, 265.
Sardinia 4.
Sarentine vallis v. Sarantane vallis.
Sassoferrato, Bartolus de v. Bartolus.
Satillum v. Sacile.
Savinus Senensis 284.
Saxones 87, 185.
Saxonie dux (Fridericus II., 1428—1464) 438, 507; II 40.
Scala, domini de 447.
— Nicodemus della, episcopus Frisingensis (Freising) († 1443) 104, 177, 178; II 59, 61, 62, 92.
Scantia insula 590.
Scaramucia 41.
Scarampus, Ludovicus, cardinalis 498; II 36, 37.
Schadwien (Schottwien) arx 573.
Schaffhusen 32, 87.
Schaphusa v. Schaffhusen.
Schauenberg, Petrus de, episcopus Augustensis (Augsburg) 102, 437.
Schaunberg, Ulricus comes de 572.
Schaumburgenses comites 84, 350, 427.
Schele, Johannes, Lubicensis (Lübeck) episcopus (1420—1439) 60.
Schindel, Johannes, astronomus Pragensis 582—584.
Schlick, Franciscus 274.
— Gaspar, cancellarius imperialis 121—125, 156, 163, 174, 178—180, 183—186, 194, 204, 209, 212, 213, 216, 240—244, 251—263, 265—275, 277, 290, 291, 296—303, 309, 323, 338, 345, 350, 393—395, 425, 426, 429, 433, 439, 452, 461, 470, 482, 527, 528, 533, 572, 573, 577, 579, 582, 584—586; II 5, 8, 14—17, 35—41, 47—49, 55—64, 68—93, 95, 96, 98, 108, 111, 125—127, 140, 141, 144—154, 160—162, 186—188; nuntius: v. Gaspar.

Digitized by Google

Schlick, Henricus, episcopus Frisingensis (Freising) 177—179, 193, 218, 242, 254, 263, 270—273, 275, 276, 338, 447; II 59—64, 76, 92, 93, 96, 98—102, 125—127, 141, 167.
Schpick, Stefanus, plebanus de Biecz et curie reginalis cancellarius 508—522.
Scithe 186.
Scola, servitor Pangracii II, 38, 49, 69.
Scoti 87.
Scotia (Schottland) 41, 86; rex (Jacobus I., 1406—1437) 15; abbas: 101.
Segobia, Johannes de v. Johannes de Sagobia.
Sekingen 437.
Sene (Siena), Senenses 1, 2, 11, 14, 18, 21, 41, 43, 44, 49—80, 83, 97—101, 132, 174, 188, 201, 215, 220, 250, 276, 284, 285, 306, 323, 355, 533—540, 560, 590; II 7, 9, 27—30, 41, 103, 153; concilium 70; capitaneus: v. Tifernates; orator: v. Orlandi; Petrucci, Andreotius; pretor: v. Constantius, Jacobus; v. Barnabeus; Baroncellis, Gregorius de; Benzi; Bernardinus Sanctus; Calvus, Jacobus; Contes de Cacciacontibus; Datus Augustinus; Jeronymus; Lollius, Gregorius; Lollius, Nicolaus; Sozzini, Marianus.
Senfftleben, Henricus, scriptor apostolicus 535; II 167.
Sforza, Franciscus, comes Cotiniole 204, 351.
Sibicus, notarius regius II 114, 115.
Sicania, Sicilia (Sizilien) 179, 180, 227; regnum 39, 193.
Siculi 86, 284.
Sigherius Galleanus 201, 306.
Sigismundus, dux Austrie 183, 222—236, 243, 245, 255, 256, 260, 264, 317, 322, 325, 342, 350, 429—431, 435, 437, 572; II 68, 117, 118, 152.
Sigismundus imperator Germanie 18, 22, 24, 76—79, 120, 338, 355, 455, 517, 529, 530, 533, 550, 556, 563, 572; II 8, 22, 28, 39, 71, 155, 156, 158, 161, 162, 165, 168, 169.
Siliaceus comes v. Cilie comes.
Silesia (Schlesien) II, 2, 161.
Silvianectensis episcopus v. Hotot, Guilielmus de.
Simon, vicarius apud s. Michaelem Vienne 301, 302.
— de Nimburg, administrator ecclesie Pragensis II 118, 119.
— de Valle 71.
Siradia (Sieradz) 513.
Sirk, Jacobus de, episcopus Treverensis (Trier) 243, 272, 346, 438, 498, 507.
s. Sixti cardinalis v. Casanova, Johannes de.
Slavonia, banus v. Thallóczy, Matico.
Slesia v. Silesia.
Slestat (Schlettstadt) 498.
Slick v. Schlick.
Solodorum, Solotrum (Solothurn) II 74; oratores 106.
Sophia, regina Polonie 508, 509, 512, 513.
— urbs Bulgarorum 307, 566.
Sopronium (Sopron, Ödenburg) 572; II 46, 57.
Sozzini 3.
— Marianus, juris utriusque doctor, Senensis 3, 187, 188, 237—239, 353—355, 393, 394, 533.
Spezia 5.
Spinola, Petrus, prefectus classis 10.
Spira (Speyer) 89.
Starhimbergenses 84.
Stein, Wilhelm von v. Lapide, Wilhelmus de.
Steinhof de Plettenberg, Johannes, familiaris Enee, notarius cancellarie regie 298, 491, 500, 504; II 17, 18, 164.
Stephanus II 135.
— de Wader 490.

Digitized by Google

Steyn 87.
Stiria (Steiermark) 182, 261, 313, 320, 488; II 39, 57.
Strasoldus, Franciscus 584.
Straubinga (Straubingen) 524.
Strelicz, Johannes, canonicus Tridentinus (Trient) II 80.
Strigoniensis cardinalis v. Szécsy, Dominicus.
Strigonium (Gran, Esztergom) 258; II 123, 128.
Stubay, Georgius, episcopus Brixinensis (Brixen) († 1443) 254, 256; II 115—117.
Suevia 260, 261, 430, 579, 582; II 172.
Suicenses 244, 256, 260, 342, 435—437, 490, 533, 538, 544, 547; II 66—68, 108—110, 171—179.
Supronium v. Sopronium.
s. Susanne cardinalis v. Palu, Ludovicus de la.
Susatenses (Soest) 241, 438.
Sweinpekh, Georgius, consiliarius regius II 130, 145, 165.
Szécsy, Dionysius, cardinalis, archiepiscopus Strigoniensis 159, 182 187, 203, 257, 488, 504, 507, 547—558, 563—565, 569, 571, 574, 578; II 1, 13—15, 43, 121, 122, 155, 156.
Szleid, Pangratius de v. Pangratius.

T.

Taborite 530.
Tacz, Wilhelmus, protonotarius regius 244, 256, 298, 312; II 185, 186.
Tagliacozzo, Johannes de, archiepiscopus Tarentinus (1421—1449) 27, 62, 65, 67, 71, 75, 216, 217, 263, 296, 342, 345, 432, 451, 498, 538, 539, 543, 545, 592; II 166—168.
Talamon (Porto-Talamone) 54.
Talaru, Amadeus de, archiepiscopus Lugdunensis (Lyon) (1415—11. II. 1444) 13, 62, 66, 70, 104.
Tarantasiensis archiepiscopus v. Johannes de Arciis.
Tarentinus archiepiscopus v. Tagliacozzo, Johannes de.
Tartaria 506.
Taurinensis episcopus v. Ludovicus de Romagnano.
Tedeschi, Antonius 112—114.
— Nannes 110, 111, 113.
Telecz, Johannes II 77.
Tergestini 313.
Tergestum (Triest) 298, 428, 492, 522; cancellarius: v. Mercatelli, Fridericus de.
Teucri 48, 127, 158, 159, 165, 186, 203, 281—283, 307, 308, 321, 322, 342, 351, 488, 489, 495, 506, 513—515, 518, 519, 533, 546, 547, 555—557, 565—567, 579, 585; II 7, 11, 13, 23, 38—40, 43, 45, 50, 51, 58, 71, 78, 82, 95, 96, 128, 129, 133, 141, 145, 147, 149, 152, 153, 162.
Teutones, Teutonici, Theutunici 49, 53, 57, 60, 64, 67, 69, 210, 222, 430, 431, 436, 437, 502, 507, 529, 544, 546, 550, 556, 563, 579; II 70, 103, 152.
Thadeus, marchio Estensis 277.
— medicus v. Adelmari, Thadeus.
— de Pfullendorf II 188—190.
Thallóczy, Matico, banus Slavonie II 9—12, 164, 165.
Thamasii(s), Henricus de v. Henricus de Thamasiis.
Thar, Rupertus de v. Rupertus.
Theodosius 186.
Tholomeus v. Ptolomeus.
Thomas Reatinus 293.
— Stephanus, Bozne rex II 165, 166.
— de Corsellis, canonicus Attrebatensis 101.
— de Dunduno, abbas candide case in Scotia 102.
Thuricenses v. Turicenses.
Tiburtinus episcopus v. Cesari, Nicolaus.
Ticius 312.
Tibut, Johannes 102.

Digitized by Google

Tierstein, comes de 106.
Tifernas, Nicolaus 153, 173, 178, 219, 285.
Tifernates, Honofrius, capitaneus Senarum 98, 99.
Tiles (Thule) 514.
Tirolensis comitatus II 117, 119.
Todeschinus 118.
Tolner, Johannes, procurator curie Romane 201, 215, 216, 218, 262, 263, 271, 306, 308, 309, 341, 499, 505.
Tolomei v. Ptolomeus.
Trajectensis episcopus, v. Mörs, Walramus de.
Transsilvaniae vaivoda v. Hunyadi, Johannes.
Trapobanis, insula Indorum 514.
Trauna 426–428, 430; domini de 427.
Traversari, Ambrosius 28.
Treverensis (Trier) archiepiscopus v. Sirk, Jacobus de.
Tridentini 256; II 119.
Tridentum (Trient) 166, 171, 219, 268, 288, 314, 333, 339, 426, 492, 595; II 42, 80, 111, 112, 138; decanus: v. Bossius, Franciscus; canonicus: v. Laurentius de Rotella; Nicolaus Venetus.
Trinacria v. Sicilia.
Truhses, Ulricus 580.
Tudeschi, Nicolaus de, archiepiscopus Panormitanus (Palermo) († 1445) 63, 66, 75, 163, 326, 492.
Tullum (Toul) 490.
Tumm, Johannes 580.
Turchi v. Teucri.
Turicenses 436; II 66—68, 108—110, 172, 174, 177.
Turicum (Zürich) 437; II 66, 171—173, 176.
Turonensis archiepiscopus v. Coetquis, Philippus de.
Tuscanella (Toscanella) 7, 175.
Tuschek, Johannes, secretarius Pragensis 316, 438, 443, 444, 525, 581, 582.
Tuscia (Etruria) 132.

U.

Ubaldus, Baldus 326.
Ugucio v. Contrariis, Uguccio de.
Ujlaky, Nicolaus 504, 507, 544, 547, 557, 563, 564, 569—574, 577, 578.
Ulma (Ulm) 117.
Ulricus 586.
Ungari v. Hungari.
Ungharia v. Hungaria.
Ungnad, Johannes, magister regie camere 359, 433, 568, 579, 589.
Urbanus VI. papa 81.
Ursini 539; II 103.
Ursinus, Johannes, abbas Farfensis 547.
— Petrus Paulus 39.
Uticensis episcopus v. Bertrandus de Cadoëne.
Utinum (Udine) 63.

V.

Valachi 488, 533.
Valachia 518; II 96.
Valascus, Lupus, legum doctor 175, 176.
Valentia, Richardus de v. Richardus.
Valentinus episcopus v. Ludovicus de Poitiers.
Valla, Lorenzo 146.
Valsenses comites v. Wallsee.
Varadiensis episcopus v. Johannes de Dominis.
Varna 487—490, 566, 567.
Varsinus, Stephanus, pape cubicularius 494.
Vegius, Mapheus 120, 217, 280, 296, 307, 309, 341, 344—353, 505, 592.
Velate, Cristophorus de v. Cristophorus de Velate.
Veneti, Venetia(e) 6, 10, 18, 21, 22, 24, 42, 49, 52, 55, 60, 63, 71, 78, 79, 97, 131, 165, 175, 176, 195, 201, 214, 215, 256, 259, 272, 277, 291, 293, 322, 451, 535, 550, 579; II 8, 9, 12, 40, 45, 73, 107, 146, 164, 181, 182; cardinalis: v. Con-

Digitized by Google

dulmarus, Franciscus; dux: v. Foscari, Franciscus; v. Donato, Andreas.
Venusinum (Venaissin) 13, 17.
Vercellensis episcopus v. Didier, Guilelmus.
Verdunensis episcopus v. Haricourt, Ludovicus de.
Verdunium (Verdun) 490.
Verme, Aloysius de v. Aloysius.
Verona, episcopus: v. Memo, Guido; v. Bartholomeus; Franciscbinus; Guarinus; Omnisbonus.
Vesprimiensis episcopus v. Visprimiensis.
Versellae (Vercelli) 71.
Vicecomes, (Visconti) Bartholomeus, episcopus Novariensis 13, 21, 105, 118, 126, 168, 205, 206, 289, 493, 503, 544, 592.
— Franciscus 147.
— Johannes Galeazzius, dux Mediolani 454.
— Philippus Maria, dux Mediolani 4, 10, 15, 18, 19, 21, 39—41, 43, 48—51, 54, 62, 78, 102, 117—119, 131, 166, 169—171, 174, 175, 195, 200, 205, 289, 290, 305, 350, 452, 487—490, 492, 506, 579; II 15, 16, 41, 42, 43, 81, 82, 84, 104, 105, 107, 120; cancellarius: v. Barzizza, Guiniforte; consiliarius: v. Arcenboldus, Nicolaus; Cristophorus de Velate; gubernator: v. Contrariis, Ugucio de; legatus: v. Fagnani, Johannes; orator: v. Jeronymus Senensis.
Vicensis episcopus v. Georgius de Ornós.
Vienna (Wien) 65, 71, 80—84, 134, 146, 158, 178, 182, 215, 237, 240, 257, 274, 276, 280, 296, 300, 302, 313, 319, 334, 336, 341, 342, 424, 444, 524, 565, 568, 572, 586; II 11, 13, 52, 72, 76, 82, 86, 112, 167; Viennenses II 73; prepositus s. Stephani 301; universitas 260; vicarius apud s. Michaelem: v. Simon; vinum 525; v. Henricus de Hassia; Hermannus de Treysa; Heyden, Henricus.
Vindelicia 319.
Visconti s. Vicecomes.
Visensis episcopus v. Ludovicus de Amaral.
Visprimiensis episcopus v. Mathias.
Vitelleschi, Bartholomeus, episcopus Cornetanus 247, 292, 293, 296, 297.
Viterbium (Viterbo) 34.
s. Vitus (St. Veit) Carinthie 244, 305.
Viviana 585.
Vorchtenauer, Wolfgang 206, 207.
Vratislavia (Breslau), canonici II 8, 9; v. Ploso, Johannes; Jeronymus; episcopus: v. Konrad, Herzog von Öls.
Vrunt, Johannes, secretarius Coloniensis 207, 208, 320, 501, 503, 580, 581; II 170.

W.

Waciensis episcopus v. Agmandi, Petrus.
Wader, Stephanus de v. Stephanus.
Walachi v. Valachi.
Waldenburg, Jakob 303.
Waldshut 437.
Walsee, dominus de 84, 322, 342, 350, 427; II 152.
Wenceslaus de Bochow 206, 207, 316, 317, 353, 438, 526, 582; II 8, 9, 16, 17, 97, 98, 135, 136, 153, 154.
Werra, Berchtoldus von der v. Berchtoldus.
Widerle, Jacobus, notarius regius 204, 207, 244, 248, 252, 289, 292, 293, 297, 298, 253, 442, 443; II 187.
Wieselburg 586—589.
Wiler, Johannes, Basileensis decanus 102.

Digitized by Google

Wilhelmus, dux Austrie 529.
— protonotarius v. Tacz, Wilhelmus.
— de Constantia v. Guillielmus.
Winsperg, Conradus de, Romani imperii hereditarius camerarius († 1448) 106, 109.
Wirtenberg, comites de 435.
Wladislaus, rex Polonie 156, 159, 165, 174, 203, 242, 257, 274, 281, 320, 321, 333, 488, 489, 506, 510—521, 530, 537, 546, 563—567, 585; II 3, 12, 14, 17, 38, 39, 43, 46, 47, 49—57, 70, 73, 78, 95, 96, 128—130, 141—145, 148, 151, 158, 159, 164, 167.
Wolfgangus 275, 586.
Wormatia (Worms) 89.
Wyle, Niclas von v. Niclas.

Z.

Zakoltscha civitas II 164.
Zebinger, Walterus, magister camere 253, 275, 350, 429.
Zeboldus 600.
Zelandia (Seeland) II 168, 169.
Zeno 499, 547.
Zil, Adam de v. Adam.
Zima, Florentinus 190.
Zofingen, capitulum 304, 315.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 0000 055 875 391

HECKMAN
BINDERY INC.
JUNE 98
Bound-To-Please® N. MANCHESTER, INDIANA 46962



Digitized by Google